PARIS

W. JUNK
VERLAG u. BUCHHANDL.
f. NATURWISS. u. MATHEMAT.
BERLIN N.W. 5

+QK321
.G6

THE • NEW • YORK • BOTANICAL • GARDEN
1891
PRO SCIENTIA SALUTI PUBLIQUE
LIBRARY



I 85912

FLORA INGRICA

ex schedis

STEPHANI KRASCHENINNIKOW

Botanices et Historiae Naturalis Professoris quondam Petropolitani

confecta

et

propriis observationibus

aucta

a

DAVIDE DE GORTER

A. L. M. Ph. et M. D. AVGVSTISSSIMAE RVSSORVM IMPERATRICIS Medico, Acad. Imp. Scient. Petrop. et Caes. Nat. Cur. vt et Soc. Reg. Lond. et Holm. Membro.

PETROPOLI
TYPIS ACADEMIAE SCIENTIARVM
MDCCLXI.

+QK32
.G6

Lectori Botanophilo

S.

Dum Catalogum Plantarum Ingriae, ac praecipue earum, quae circa Petropolin ſponte naſcuntur, edendi conſilium duxi, pauca praemonere viſum eſt, quae rationem operis exponant.

Imperio Ruſſico ab Glorioſiſſimae Memoriae PETRO MAGNO *reformato, accitis vndique eruditis Viris, et Academia Imperiali Scientiarum Petropoli fundata, non defuerunt quoque ſtrenui Florae ſatellites, qui plantas vaſtiſſimi huius Imperii antea neglectas, omni induſtria et indefeſſo labore indagarunt. Quem etenim latent merita Virorum Cl.* G. Schoberi, D. G. Meſſerſchmidii, I. C. Buxbaumii, I. G. Gmelini, I. Ammanni, I. I. Lerchii, I. G. Siegesbeckii, T. Gerberi, G. W. Stelleri,

I. C. Hebenſtreitii? *Plerique horum virorum cum Petropoli degerent, plantas quoque rariores Ingriae ſparſim collegerunt, orbique diuulgarunt; nullus autem ex profeſſo totius Florae Ingricae exercitum inſtruxerat. Hicce labor relinquebatur* V. *Cl.* Stephano Kraſcheninnikouio, *primo e gente Ruſſica Botanico, qui cum abſoluto decem annorum per Sibiriam itinere, ad Botanices prouinciam Petropoli adminiſtrandam euehebatur, mox ex profeſſo Ingriam latius peragrabat, plantas obuias quam ſtudioſiſſime examinabat, ad methodum* Royeni, *in qua a* Gmelino *enutritus fuerat, diſponebat, nomina vernacula plurimis addebat, ſtirpes ab anteceſſoribus praeteruiſas, aut minus tritas, accurate deſcribebat, doctisque obſeruationibus illuſtrabat. Vtinam inceptum opus ad umbilicum perducere potuiſſet! aſt praecox fatum ipſum Florae ſubripuit.*

Ego deinceps, volentibus ſic ſatis, anno 1754. $\frac{1}{11}$ *Sept. Petropolin aduenens, fron-*

frondoſasque in vtraque Neuae ripa ſyl-vas intrans, prataque et agros circum-iacentes peragrans, ſummo capiebar de-ſiderio, plantas ibi obuias, quarum plu-rimas in Patria nondum videram, accura-tius perſcrutari. Aſt quum eo tempore Flora, ad ſomnum parata, corollas ſuas iam depoſuerat: impetum meum ad ſequen-tem aeſtatem ſupprimere cogebar.

Interim vero ſummopere laetabar, quando non diu poſt ex Archiuis Acade-miae mecum communicabatur copia co-dicis manuſcripti de Plantis Ingricis, *quem* b. Kraſcheninnikouius *breui ante mortem tradiderat.*

Hunc librum diligenter peruoluo, plantas 506 *recenſitas inuenio, ad dubias notulas adſcribo, differentias ſpecificas ex Ill.* Linnaei *ſpeciebus plantarum addo, numerum ex* Ammanni *et* Buxbaumii *ope-ribus augeo, tandemque omnes ad metho-dum ſexualem Ill.* Linnaei, *hodie maxime receptam, mihique familiarem, ordino.*

Proxima deinde aeſtate, et ſequentibus annis, quando mihi in amoeniſſimo Chloridos Petropolitanae ſinu ac gremio, parum otii conſumere licebat, b. Kraſcheninnikouii *veſtigia lego, plantas obuias diligenter obſeruo, in manuſcripto meo adnoto, loca natalia quarundam ſtirpium augeo, nonnullas ab anteceſſoribus omiſſas adiicio, differentias quasdam ſpecificas ex* Linnaei *Flora Suecica Edit. 2dae, et Syſtemate Naturae Edit. 10mae, nominaque triuialia adpono, et ſic pedetentim praeſens enatum eſt opuſculum, quod publici iuris facere decreui: non quod Ingrica tellus proferat plantas in aliis Imperii Ruſſici, aut proximis Sueciae Prouinciis, deſideratas, ſed vt Ingrica etiam exſtaret Flora, cum Europaeae fere omnes prodierunt, et vt luci publicae exponerentur doctae obſeruationes Viri, cuius merita ex longo et taedioſo itinere per vniuerſam Sibiriam, Botanices cauſa inſtituto, exteris dudum innotuerant.*

Mira-

Mirabuntur forſan, qui Floram hanc peruoluere dignabuntur, paruum plantarum numerum, quum exſtent aliarum prouinciarum, imo vnius vrbis Florae, quae numero duplo triploue maiore ſuperbiunt, ſed ſciant velim, in noſtra, pleraſque varietates ſtudio praetermiſſas, nec niſi paucas ſpeciebus ſuis ſubiectas eſſe; nullas quoque plantas eſculentas, quarum in hortis et aruis familiaris eſt cultura, niſi fuerint indigenae; neque exoticas, in hortis priuatis et caldariis cultas, hic eſſe inſertas, quas alii promiſcue ſuis Floris adiicere ſolent.

Non dubito tamen plures in Ingria reſtare ſtirpes indigenas; aſt munus publicum, quo hic per ſeptennium functus fui, longius ab vrbe exſpatiari non ſiuit. Nunc vero ad patrios lares reuerſurus, diutius Florae huius editionem differre nolui.

Ne praeter neceſſitatem molem libelli augerem, in ſynonymis parcus fui; qui

qui plura desiderat, facile ex Ill. Linnaei *operibus citatis addere potest.*

Plantas, ex Buxbaumii, Ammanni, Gmelini *et* Siegesbeckii *scriptis, desumtas, quae in* Kraschenninnikouii *Codice desiderabantur, signo* †, *et paucas, quas ego inserui, asterisco indicaui. Reliquas observatiunculas, quae meae sunt, clausulis distinxi.*

Indicem alphabeticum plantarum ad calcem adiicere superuacaneum duxi, quum vnusquisque, qui Ill. Linnaei *scripta quotidie peruoluere solet, facile desideratas plantas in hoc opusculo inuenire possit.*

Petropoli, Calendis Iulii,
A. CIↃ IↃ CC LXI.

CLASSIS

CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA.

HIPPURIS (*paluſtris*) *Linn. Lapp.* 1. *Cliff.* 3. *Suec.* 2. *Spec. pl.* 4.

Equiſetum paluſtre, breuioribus foliis polyſpermum. *Baub pin.* 15.

Paludibus et aquis praeſertim ſtagnantibus delectatur.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

CIRCAEA (*alpina*) caule adſcendente, racemo vnico. *Linn. Spec pl. 9. n.* 2. *Suec.* 7.

Circaea calyce colorato. *Linn Lapp.* 3.

Circaea minima. *Col. ecph.* 11. *p.* 180.

Кладуновa трава. *Ruſſ.*

Ad radices arborum locis humidis frequens eſt, praeſertim in Inſula; cui a Baſilio nomen eſt.

VERONICA (*maritima*) ſpicis terminalibus, foliis ternis inaequaliter ſerratis. *Linn. Spec. pl.* 10. *n.* 3. *Suec.* 8.

Veronica ſpicata longifolia. *Tourn. inſt.* 144. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 224.

Ad ripam Neevae fl. circa Catharinenhof, et in ſyluis prope Lugam.

Obs. In ſiccioribus plerumque foliis coniugatis eſt.

VERONICA (*ſpicata*) ſpica terminali, foliis oppoſitis crenatis obtuſis, caule adſcendente ſimpliciſſimo *Suec.* 10 *Linn. Spec. pl.* 10. *n.* 6.

Veronica ſpicata minor. *Bauh. pin.* 247.

Veronica ſpicata recta minor. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 282. *cum icone ſat bona.*

In ſylva circa oſtium Narovae fl. locis ſiccis et arenoſis abunde creſcit. Praeterea nusquam obſervata.

Obs. Spicae in hac ſpecie ſemper inflectuntur.

VERONICA (*officinalis*) ſpicis lateralibus pedunculatis, foliis oppoſitis, caule procumbente. *Linn. mat. med.* 11. *Spec. pl.* 11. *n* 8. *Suec.* 12.

Veronica mas ſupina et vulgatiſſima. *Bauh. pin.* 246.

Vbivis in ſylvis.

VERONICA (*ſerpyllifolia*) racemo terminali ſubſpicato, foliis ouatis glabris crenatis. *Linn. Spec. pl.* 12. *n.* 13. *Suec.* 16.

Veronica pratenſis ſerpyllifolia. *Bauh. pin.* 247.

Ad

Ad ductus aquarum et vias, vt et in ſilvarum ſterilibus locis paſſim floret ſub finem Maii.

VERONICA (*Beccabunga*) racemis lateralibus, foliis ouatis planis, caule repente. *Linn. Spec. pl.* 12. *n.* 14. *Suec.* 11.

Anagallis aquatica maior, folio ſubrotundo. *Baub. pin.* 252.

In valle quadam circa pagum Kortſchmino ſub mediam Iulii florebat, et fructum nondum maturum ferebat.

VERONICA (*Anagallis aq.*) racemis lateralibus, foliis lanceolatis, ſerratis, caule erecto *Linn. Spec. pl.* 12. *n.* 15. *Suec.* 13.

Anagallis aquatica maior, folio oblongo. *Baub. pin.* 252.

Ad riuos in Lugam fl. currentibus paſſim.

VERONICA (*ſcutellata*) racemis lateralibus, pedicellis pendulis, foliis linearibus integerrimis. *Linn. Spec. pl.* 12. *n.* 16. *Suec.* 17.

Anagallis aquatica anguſtifolia. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 791. *cum icone bona.*

In paluginoſis Inſulae, quae a Baſilio nomen habet, vulgatiſſima planta eſt.

VERONICA (*Chamaedrys*) racemis lateralibus, foliis ouatis rugoſis dentatis, caule debili. *Linn. Spec. pl.* 13. *n.* 18. *Suec.* 18.

Chamaedrys ſpuria minor rotundifolia. *Baub. pin.* 249.

Vbiuis in pratis copioſe prouenit, et prima omnium ſui generis, excepta veronica ſerpyllifolia, floret.

VERONICA (*agreſtis*) floribus ſolitariis, foliis cordatis inciſis pedunculo breuioribus. *Linn. Spec. pl.* 13. *n.* 20. *Suec.* 20.

Alſine chamaedryfolia, floſculis pediculis oblongis inſidentibus. *Baub. pin.* 250.

Habitat in locis cultis frequens.

VERONICA (*triphylla*) floribus ſolitariis, foliis digitato partitis pedunculo breuioribus. *Linn. Spec. pl* 14. *n.* 23. *Suec.* 22.

Veronica triphyllos coerulea. *Baub. pin.* 250.

Habitat in Inſula cui a Petro nomen eſt, vt et in Inſula Baſilii nomine vocata circa portum penteconterum, ſed non frequens.

VTRICVLARIA (*vulgaris*) nectario conico. *Linn. Lapp.* 14. *Suec.* 28. *Zeyl.* 22. *Spec. pl.* 18. *Roy. lugdb.* 304.

Lentibularia. *Rich. monsp.* 78. *Dill. gen.* 115.

Millefolium aquaticum lenticulatum. *Baub. pin.* 141.

Ranunculo foliis omnibus capillaceis circumſcriptione oblongis Royeni et Hall. inſeparabilis pene comes eſt.

LYCO-

Lycopvs (*europaeus*) foliis ſinuato-ſerratis. *Linn. Spec pl.* 31. *n.* 1. *Suec.* 31.

Marrubium paluſtre glabrum. *Bauh. pin.* 230.

In ſyluis ſubhumidis paſſim.

DIGYNIA.

Anthoxanthvm (*odoratum*) ſpica ouato-oblonga, floſculis ſubpeduunculatis ariſta longioribus. *Linn. Spec. pl.* 28. *n.* 1. *Suec.* 33.

Gramen ſpicatum pratenſe ſpica flaueſcente. *Bauh. pin.* 2. *Scheuchz. gram.* 88.

Paſſim in ſyluoſis et campeſtribus ſiccioribus locis ſub finem Maii et initium Iunii floret.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

Valeriana (*officinalis*) floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *Linn. Spec. pl.* 31. *n* 5. *Cliff.* 16. *Suec.* 34. *mat. med.* 21. *Hall. helv.* 662.

Valeriana ſylueſtris maior. *Bauh. pin.* 164. *Linn. Lapp.* 14.

Буадырянь *ſiue* Маунь. *Ruſſ.*

α. Eadem foliis ſuperioribus integerrimis.

In locis vmbrosis, pratis laetioribus et syluis humidis non infrequens est. Varietas in insula a Petro nomen habente inter filices inuenta.

Iris (*Pseudo-Acorus*) corollis imberbibus, petalis interioribus stigmate minoribus, foliis ensiformibus. *Linn. Spec. pl.* 38. *n.* 7. *Cliff.* 10. *Succ.* 37. *mat. med.* 25.

Acorus adulterinus. *Bauh. pin.* 34. *theatr.* 634.

Касатникъ *siue* Сабельникъ *Russ.*

In paludibus et stagnis vbique.

Iris (*sibirica*) corollis imberbibus, germinibus trigonis, caule tereti, foliis linearibus. *Linn. Spec. pl.* 39. *n.* 9 *Cliff.* 19. *Vpf.* 17. *Hall. helv.* 280. *Gmel. sib.* 1. *p.* 28.

Iris pratensis angustifolia non foetida altior. *Bauh. pin.* 32. *theatr.* 597.

Петушокъ *siue* Чистякъ *Sibiriae incolis.*

Ad fl. Volchow supra pagum Tschortowo, semel tantum visa, caeterum in tota Ingria nusquam obseruata.

Prius nomen ruthenicum a similitudine floris cum capite galli, alterum ab effectu radicis sanguinem purificandi mutuatum. (*Gmel.*).

Schoenvs (*nigricans*) culmo tereti nudo, capitulo ouato: inuolucri diphylli valuula altera subulata longa. *Linn. Suec.* 39. *Spec. pl.* 43. *n.* 4.

Iuncus

Juncus laeuis minor, panicula glomerata nigricante. *Moris. hist.* 3 *p.* 233. *s.* 8. *t.* 10. *f.* 28.

Habitat in palustribus, sed parce.

Ob. *Folia in nostra latiora sunt ad exortum culmi, quae Morisonus iuncea dicit.*

Scirpvs (*palustris*) culmo tereti nudo, spica subouata imbricata. *Linn. Suec.* 42. *Spec. pl.* 47. *n.* 2.

Juncus palustris, capitulo equiseti, maior. *Bauh. pin.* 12.

Habitat in ripa arenosa Neuae fl. copiose.

Sub finem Maii floret.

Scirpvs (*acicularis*) culmo tereti nudo setiformi, spica ouata biualui terminatrice, seminibus nudis *Linn. Spec. pl.* 48. *n.* 6. *Suec.* 44.

Scirpus magnitudine aciculae. *Linn. Lapp.* 21.

Juncellus minimus, capitulis equiseti. *Morif. hist.* 3. *p.* 234. *s.* 8. *t.* 10. *f.* 37. *bona.*

In ripis Siftae fl. copiose prouenit.

Scirpvs (*lacustris*) culmo tereti nudo, spicis ouatis pluribus pedunculatis terminalibus. *Linn. Spec. pl.* 48. *n.* 8. *Suec.* 46. *Gmel. sib.* 1. *p.* 79.

Scirpus spicis copiosis. *Roy. lugdb.* 48.

Juncus maximus, seu Scirpus maior. *Bauh. pin.* 15. *theatr.* 178.

In aquis ſtagnantibus et ramis Neuae fl. anguſtioribus, praeſertim autem circa oſtia eiusdem frequentiſſimus eſt.

SCIRPVS (*ſyluaticus*) culmo triquetro folioſo, vmbella foliacea, pedunculis nudis ſupradecompoſitis, ſpicis confertis. *Linn. Spec. pl.* 51. *n.* 22. *Suec.* 48. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 81.

Cyperus gramineus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 504.

Cyperus longus latifolius, locuſtis plurimis minoribus et breuioribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 237. *ſ.* 8. *t.* 2. *f.* 15.

Gramen cyperoides miliaceum. *Bauh pin.* 6.

In aquis ſtagnantibus circa Catbar nenbof.

ERIOPHORVM (*polyſtachion*) culmis teretibus, foliis planis, ſpicis pedunculatis. *Linn. Spec. pl.* 52. *n.* 2. *Suec* 49.

Gramen pratenſe tomentoſum, panicula ſparſa. *Bauh. pin.* 4.

Habitat in paludoſis inſulae a Baſilio dictae locis mare verſus procurrentibus. [*Vt et circa Orangienbohm, et alibi*].

In noſtro ſpicae ſemper ſunt quatuor, quarum tres pedunculatae et vna ſeſſilis eſt.

ERIOPHORVM (*vaginatum*) culmis vaginatis teretibus, ſpica paleacea. *Linn. Spec. pl.* 52. *n.* 1. *Suec.* 50.

Gramen tomentoſum alpinum et minus. *Bauh. pin.* 5. *prodr.* 10.

Iuncus

Iuncus alpinus capitulo lanuginoſo ſ. Schoenolagurus. *Baub. pin.* 12. *prodr.* 23. *theatr.* 188. *Scheuch. gram* 302 *t.* 7. *f.* 1.

Habitat ſolo ceſpitoſo parcius in Ingria.

Narvs (*ſtricta*) ſpica ſetacea recta. *Linn. Spec. pl.* 53. *n* 1. *Suec.* 52.

Gramen ſparteum iunciſolium. *Baub. pin.* 5. *Scheuch. gram.* 90. *t.* 2. *f.* 10.

In pratis inſulae a Baſilio cognominatae frequens, ſed nec alibi, praeſertim in ſiccioribus locis, boſpes eſt.

In noſtro ſpicae omnino violacea ſunt.

DIGYNIA.

Phalaris (*arundinacea*) panicula oblonga ventricoſa. *Linn. Spec. pl.* 55. *n.* 3. *Suec.* 53.

Gramen aquaticum paniculatum latifolium. *Baub. pin.* 6.

Gramen arundinaceum ſpicatum. *Baub. pin.* 6. *theatr.* 94

Habitat paſſim circa aquas.

Phleum (*pratenſe*) ſpica cylindrica longiſſima. *Linn. Spec. pl.* 59. *n.* 1. *Lapp.* 139. *Cliff.* 22. *Suec.* 50. *Gmel. Sib.* 1. *p.* 89.

Gramen typhoides maximum, ſpica longiſſima. *Baub. pin* 4. *theatr.* 49. *Scheuch. gram.* 60. *Hall. helv.* 232. *ſed propter bulbos maiori iure referenda eſſet ad ſpec.* 6. *eiusdem.*

Habitat paſſim.

Agrostis (*ſtoloniſera*) paniculae ramulis diuaricatis muticis, culmo repente, calycibus aequalibus. *Linn. Spec. pl.* 62. *n.* 7. *Suec.* 66.

Gramen caninum ſupinum minus. *Scheuch. gram.* 128.

Amat ripas ſabuloſas praeſertim quae fluctibus inundari ſolent. Copioſiſſime in Inſula a Petro nomen habente.

Obſ. Varia occurrit altitudine et diuerſo paniculae colore, plerumque tamen ſpadiceo, ſaepe etiam et e ſpadiceo viridi aut rubente. Flagella reptantia tria, aut quatuor, culmo longiora, ſemper rubentia, folioſa, ſaepe in ramos diuiſa. Culmi in noſtra ſemipedem raro ſuperant. plerumque multo breviores ſunt, infra repentes et conſtanter rubentes, caeterum erecti, plurimum virides. Glumae calycis aequales in acutum mucronem, ariſtam fere mentientem, productae, exterius, ſi per lentem inſpicias, non quidem omnino protuberantiis carent, eae tamen tam exiguae ſunt, vt vix in ſenſus incurrant. Corolla biualuis candida, petalis muticis, acutis, altero dimidio breuiore.

Agrostis (*capillaris*) panicula capillari patente, calycibus ſubulatis aequalibus hiſpidiuſculis coloratis, floſculis muticis. *Linn. Spec. pl.* 62. *n.* 8.

Gramen montanum panicula ſpadicea delicatiore. *Bauh. pin.* 3. *prodr.* 12. *theatr.* 36.

In pratis frequens.

Obſ.

Obſ. Nihil in deſcriptione Scheuchzeriana occurrit, in quo noſtrae plantae cum eius non conueni, ſi altitudinem culmorum et foliorum longitudinem excipias. Culmi enim in noſtra tenuiſſimi & pede minores ſunt. Folium caulinum inferius pollicem longitudine non multum ſuperat; ſummum, quod circa mediam fere culmi altitudinem ſitum obtinet, vix ſeſquiuncialе eſt. Aſperitas in nerno foliorum dorſali et oris, vt et in dorſo calycis, ita ſe habet, vt Scheuchzerus *deſcribit.*

Aira (*aquatica*) foliis planis, panicula patente, floribus muticis laeuibus, calyce longioribus. *Linn. Spec. pl. 64. n. 6. Suec. 68.*
Gramen miliaceum aquaticum. *Scheuch. gram. 218. Hall. helv. 218.*
Gramen caninum ſupinum paniculatum dulce. *Baub. pin. 2.*
Habitat in vdis inſulae, cui a Baſilio nomen eſt.
Obſ. In noſtra nihil violacei coloris conſpicitur. Floſculi ambo fere ſeſſiles.

Aira (*ceſpitoſa*) foliis planis, panicula patente, petalis baſi villoſis ariſtatisque: ariſta recta breui. *Linn. Spec. pl. 64. n. 8. Suec. 70.*
Gramen ſegetum altiſſimum, panicula ſparſa. *Hall. helv. 229.*
Paſſim inter ſegetes.

Aira (*flexuoſa*) foliis ſetaceis, culmis ſubnudis, panicula diuaricata, pedunculis flexuoſis. *Linn. Spec. pl. 65. n. 9. Suec. 71.*

Gramen

Gramen nemoroſum, paniculis albis, capillaceo folio. *Baub. pin.* 7. *prodr.* 14. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 300. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 9.
Habitat in ſyluis Ingriae.

Melica (*nutans*) petalis imberbibus, paniculа nutante ſimplici. *Linn. Spec. pl.* 66. *n.* 2. *Suec.* 76
Gramen montanum ſpicatum flore herbaceo, caule enodi. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 492.
Gramen auenaceum locuſtis rubris montanum. *Scheuch. gram.* 71. *t.* 3. *f.* 16. *D. E. F. Hall. helv.* 216.
In inſula a Petro nomen habente.
Obſeru Glumae calycis et floris ad baſin tantum non nihil rubent, caeterum albentes ſunt, id quod forte inde accidit, quod planta poſt peractam floreſcentiam lecta ſit.

Poa (*pratenſis*) panicula diffuſa, ſpiculis quinquefloris glabris, culmo erecto tereti. *Linn. Spec. pl.* 67. *n.* 5. *Suec.* 82.
Gramen pratenſe paniculatum maius. *Scheuch. gram.* 177. *Hall. helv.* 215.
Paſſim in pratis.
Obſ. Panicula fere ſemper ſpadicea eſt.

Poa (*annua*) panicula diffuſa angulis rectis, ſpiculis obtuſis, culmo obliquo compreſſo. *Linn. Spec. pl.* 68. *n.* 6. *Suec* 83.
Poa ſpiculis ouatis compreſſis muticis, floſculis glabris. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 182.

Gra-

Gramen pratenſe paniculatum minus. *Bauh. pin.* 2. *theatr.* 31. *Scheuch. gram.* 139. *t.* 3. *f.* 17.

Vbiuis in pratis.

Circa medium Iunii plerumque floret.

Poa panicula ſpicata, locuſtis multifloris. *Kraſchen.*

Gramen loliaceum panicula multiplici et ſpicata. *Tourn. inſt.* 516. *Scheuch. gram.* 200. *t.* 4. *f.* 6.

In hortis oleraceis circa ſepes frequens eſt.

Briza (*media*) ſpiculis ouatis, calyce floſculis (·) breuiore *Linn. Spec. pl.* 70. n. 2. *Cliff* 23. *Suec.* 86.

Gramen tremulum maius. *Bauh. pin.* 2. *Scheuch. gram.* 204.

Gramen tremulum vulgare minus, locuſtis rotundioribus. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 203. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 45.

In ſylua betulina ſuperiorum Neuae fl. regionum, paulum infra pagum Oſtrowki dictum.

* Dactylis (*glomerata*) panicula ſecunda glomerata. *Linn. Spec. pl.* 71. *Suec.* 87.

Feſtuca paniculis partialibus ſecundis glomeratis. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 117.

Gramen ſpicatum, folio aſpero. *Bauh. pin.* 3. *prodr.* 9. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 202. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 38.

Gramen

Gramen aruenſe, ſpica compacta diuuiſa. *Loes. pruſſ.* 110. *t.* 23.

Habitat paſſim in pratis Ingriae.

* CYNOSURVS (*coeruleus*) bracteis integris. *Linn. Cliff.* 495. *Spec. pl.* 72. *Suec.* 89.

Gramen glumis variis. *Bauh. pin.* 10. *theatr.* 158.

In pratis vliginoſis ſub Iunipero frequens.

FESTVCA (*ouina*) panicula ſecunda coarctata ariſtata, culmo tetragono nudiuſculo, foliis ſetaceis. *Linn. Spec. pl.* 73. *n.* 1. *Suec.* 91.

Poa foliis ſetaceis, panicula ſecunda, glumis angustis ariſtatis. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 107.

Gramen foliis junceis breuibus, maius, radice nigra. *Bauh. pin.* 5. *prodr.* 34.

Gramen loliaceum foliis breuibus iunceis minus. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 182. *ſ.* 8. *t.* 3. *f.* 13.

Paſſim in ericetis.

† FESTVCA (*elatior*) panicula ſecunda erecta, ſpiculis ſubariſtaris, exterioribus teretibus. *Linn. Spec. pl.* 75. *Suec.* 94.

Gramen pratenſe maius, locuſtis tumidis. *Buxb. cent.* 5. *p.* 41. *app. t.* 16.

In pratis humilioribus Ingriae non infrequens.

FESTVCA (*fluitans*) panicula ramoſa erecta, ſpiculis ſubſeſſilibus teretibus muticis. *Linn. Spec. pl.* 75. *n.* 10. *Suec.* 95.

Gramen aquaticum fluitans, multiplici ſpica. *Bauh. pin.* 2. *theatr.* 41. *Scheuch. gram.* 199. *t.* 4. *f.* 5.

In

In ductibus aquarum et paludibus non infrequens.

BROMVS (*ſecalinus*) panicula patente, ſpiculis ouatis, ariſtis rectis. *Linn. Spec. pl.* 76. *n.* 1 *Suec.* 96.

Gramen gros montbelgardenſium. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 438. *cum icone ſatis bona.*

Habitat in agris diſtrictus Coporienſis.

AVENA (*fatua*) panicula patente, calycibus trifloris, floſculis baſi piloſis *Linn. Spec. pl.* 80. *n.* 6. *Suec.* 101.

Auena ſeminibus hirſutis. *Linn. lapp.* 20.

Auena ſylueſtris piloſa, ariſtis recuruis. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 209. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 5.

Feſtuca vtriculis lanugine flaueſcentibus. *Bauh. pin.* 10.

Habitat inter ſegetes.

AVENA (*pratenſis*) calycibus quinqueflori, panicula ſpicata. *Linn. Spec. pl.* 80. *n.* 9. *Suec.* 104.

Auena calycibus trifloris, panicula nutante, foliis planis. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 129.

Circa officinas lateritias in terra argillacea.

Radix e plurimis fibris longis ſimplicibus albentibus et recta fere in terram deſcendentibus conſtat.

Culmi in ſpecimine lecto ex vna radice quatuor variae altitudinis, ſeſquipedales ſcilicet, bipedales et fere tripedales, culmis auenae vulgaris

ris non craſſiores, teretes, ſtriati, iuniores viridis, duobus aut tribus geniculis diſtincti, ad radicem aliquot foliis ſtipati.

Folia inferiora fere palmam longa, et 2 aut 3. lin. lata, inferiora brevia, ſed aequalis cum ſuperioribus latitudinis, viridia pariter, ſtriata glabra, aſpera tamen, ſi digiti deorſum ducantur, vaginis pene tota internodia amplexantia, vbi a culmo recedunt, membrana alba, lin. circiter longa, ſegmentum circuli figura referente et plerumque lacera donati.

Panicula in ſummo caule palmaris, aut et brevior, paene heteromalla, laxa, ramulis tantum non capillaribus, variae longitudinis, ex culmo alte natum progredientibus, compoſita eſt. Ramuli inferiores a quinque ad octo vsque, ſuperiores pauciores ab eodem centro oriundi, vna aut duabus locuſtis onuſti ſunt; poſteriori in calu altera locuſta paulo interiorem ſitum in ramo occupare ſolet.

Locuſtae plerumque triflorae.

Calyx biglumis ſtriatus, glaber, viridis, per maturitatem albens, glumis longis, folliculos inaequantibus, & totam locuſtae longitudinem conſtituentibus compoſita eſt: quarum exterior paulum longior, convexa, inferiorem aliqua ex parte amplectitur, vtraque autem in apicem ariſtaeformem lineam aut et plus longum, debilem excurrit.

Folliculi tres alterno ſitu e pedunculo paribus interuallis oriuntur, quorum inferior ſuperiores duos,

duos, medius ſuperiorem intra ſe inuoluit, ita vt calyce aperto vnus folliculus eſſe videatur, et duo quidem inferiores fructiferi ſunt, ſummus ſemper abortit. Omnes biglumes ſunt, gluma exteriore duriore, margine conniuente, et interiorem tenuiorem mollioremque glumam intra ſe inuoluente, vtraque mutica et acuta componantur. Denticuli in gluma interiori, quorum Cel. Gmelinus mentionem facit, nobis non apparuere.

Filamenta tria capillaria alba, intra corollam delitescentia, cum antheris oblongis ochroleucis.

Germen breuiſſimum obtuſum, pilis albis longiuſculis veſtitum; ſtyli duo, interdum tres, plumoſi candidi, ſtaminum longitudine.

ARVNDO (*phragmites*) calycibus quinquefloris, panicula laxa. *Linn. Spec. pl.* 81. *n.* 3. *Suec.* 105.

Arundo vulgaris ſ. phragmites dioſcoridis. *Bauh. pin.* 17. *Scheuch. gram.* 161. *Hall. helv.* 221.

Paſſim in lacubus et fluuiis circa ripas.

ARVNDO (*Calamagroſtis*) calycibus vnifloris, culmo ramoſo. *Linn. Spec. pl.* 82. *n.* 5. *Lapp.* 42. *Suec.* 106.

Gramen arundinaceum panicula molli ſpadicea maius. *Bauh. pin.* 7. *theatr.* 94. *Scheuch. gram.* 122. *t.* 3. *f.* 5. *Hall. helv.* 221.

Ad ſt. Neuam frequens eſt.

Arvndo (*arenaria*) calycibus vniflοris, foliis inuolutis mucronato pungentibus. *Linn. Spec. pl.* 82. *n.* 6. *Suec.* 108.

Gramen ſpirteum ſpicatum, foliis mucronatis longioribus, ſ. ſpica ſecalina. *Bauh. pin.* 5. *theatr.* 167.

Habitat in ripa arenoſa inſulae a Petro cognominatae.

Culmus ſesquipedalis erectus, tenuis, tribus geniculis diſtinctus pallide viridis, ſubtiliſſime ſtriatus, glaber; geniculis ex atro purpureis.

Folia tres et quatuor pollices longa, linea vix latiora conuoluta, apice pungentia, non tamen ita vt cuſpis cutem penetrare poſſit, euidenter in culmo ſtriata, vaginis plus quam duas tertias internodiorum partem amplexantur, eorumque ſuperius apice ad paniculam pertingit.

Panicula in ſummo culmo ſpadicea; aut potius obſcure violacea, in ſpicam coarctata, tres facile pollices longa.

Locuſtae linea vix longiores glumae calycis aequales, carinatae, acutae, neruo in medio dorſo eminente praeditae, qui, ſi per lentem inſpicias, denticulatus videtur eſſe, per maturitatem perbiſcunt.

Corolla calyce breuior, pappo albente paulo breuiore cincta, biglumis, altera gluma anguſtiore et breuiore, longiore ariſtam albam e baſi dorſi emittente, quae nullo articulo praedita eſſe videtur, et calyci aut aequalis aut tantillum longior.

Tota

Tota planta glaberrima eſt.

ELYMUS (*arenarius*) foliis mucronato-pungentibus. *Linn. Spec pl.* 83. *n.* 1. *Suec.* 111.
Triticum foliis acuminatis pungentibus. *Roy. lugdb.* 71.
Triticum radice perenni, ſpiculis binis lanuginoſis. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 119. *t.* 25.
Gramen loliaceum, radice repente, maritimum. *Tourn. inſt.* 516.
Amat loca arenoſa. Maxima in copia occurrit in ripa edita circa Strelna, et in ſuperiori regione Neuae fl. ſupra cataractam.
Folia ſupra ab adhaerente poſſine quodam albo pene argentea ſunt, admodum aſpera, infra laeuia: vbi a caule recedunt, anguſta et in margine quaſi lacera membranula aucta ſunt.

† ELYMUS (*caninus*) ſpica nutante arcta, ſpiculis rectis inuolucro deſtitutis: ſuperioribus ſolitariis. *Linn. Syſt.* 879. *B.*
Elymus ſpiculis rectis inuolucro deſtitutis: infimis geminis. *Linn. Suec* 112.
Triticum calycibus ſubulatis quadrifloris ariſtatis. *Linn. Spec. pl.* 86. *n.* 7.
Gramen caninum non repens elatius, ſpica ariſtata. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 177. *ſ.* 8. *t.* 5. *f.* 2. *Buxb. cent.* 4. *p.* 29. *t.* 50.
In ſyluis montanis circa Duderhouium.

LOLIUM (*temulentum*) ſpica ariſtata, radice annua. *Linn. Spec. pl.* 83. *n.* 2. *Syſt.* 879.

Gramen loliaceum, ſpica longiore ſ. Lolium dioſcoridis. *Bauh. pin. 9. theatr.* 121.
Habitat in agris inter Hordeum et Linum.

Triticvm (*repens*) calycibus ſubulatis triſloris acuminatis. *Linn. Spec. pl.* 86. *n.* 6. *Suec.* 114.
Gramen caninum aruenſe, ſiue Gramen dioſcoridis. *Bauh. pin.* 1. *Scheuch. gram.* 5. *Hall. helv.* 207.
In hortis oleraceis frequens eſt.

TRIGYNIA.

Montia. *Linn. Lapp.* 30. *Spec. pl.* 87. *Suec.* 115.
Anagallis aquatica ſubrectior. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 786.
In locis vbi aquae ſtagnarunt, copioſe prouenit.

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

Globularia (*vulgaris*) caule herbaceo, foliis radicalibus tridentatis, caulinis lanceolatis. *Linn. Spec. pl.* 96. *n.* 3. *Suec.* 116.
Scabioſa caerulea bellidis minoris folio, Globularia dicta. *Moris. hiſt.* 3. *p.* 51. *ſ.* 6. *t.* 15. *f.* 46.
In pratis ſiccis et aruis ad fl. Lugam.

Scabio-

SCABIOSA (*Succiſa*) corollulis quadrifidis aequalibus, caule ſimplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ouatis. *Linn. Spec. pl.* 98. n. 4. *Cliff.* 30. *Suec.* 119. *mat. med.* 41. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 210.

Succiſa ſeu Morſus diaboli. *Cam. epit.* 711. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 2.

Дїаволъское окушеніе *ſiue* отдышная трава *Ruſſ.*

In ſyluis paſſim: nullibi tamen maiori in copia, quam inter Strelna et pagum Finnicum Runka, in ſyluis humidioribus

Floret ſub finem Iunii et Iulio.

SCABIOSA (*aruenſis*) corollulis quadrifidis radiantibus, caule hiſpido. *Linn. Spec. pl.* 99. *n.* 8. *Cliff.* 31. *Suec.* 117. *mat. med.* 40. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 210.

Scabioſa maior communior hirſuta, folio laciniato. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 2.

Грудная трава *Ruſſ.*

In agris deſertis et pratis ſiccis frequens eſt.

Floret eodem fere tempore, quo prior ſpecies.

GALIVM (*paluſtre*) foliis quaternis obouatis inaequalibus, caulibus diffuſis. *Linn. Spec. pl.* 105. *n.* 2. *Suec.* 126.

Gallium paluſtre album. *Baub. pin.* 335.

In ſyluis humidioribus.

GALIVM (*uliginoſum*) foliis ſenis lanceolatis retrorſum ſerrato-aculeatis mucronatis rigidis,

corollis fructu maioribus. *Linn. Spec. pl.* 106. *n.* 6. *Suec.* 127.
Mollugo minor paluſtris. *Moris. hiſt.* 3. p. 333.
Paſſim.

GALIVM (*verum*) foliis octonis linearibus ſulcatis, ramis floriferis breuibus. *Linn. Spec. pl.* 107. *n.* 11. *Cliff.* 34. *mat. med.* 46. *Suec.* 123.
Gallium luteum. *Bauh. pin.* 335.
Ad fl. Lugam paſſim.

GALIVM (*Mollugo*) foliis octonis ouatis linearibus ſubſerratis, caule flaccido, ramis patentibus. *Linn Spec. pl.* 107. *n.* 12. *Suec.* 125.
Gallium album vulgare. *Tourn. inſt.* 105.
Сыворочная трава *Ruſſ.*
In Inſula, quae nomen a rotunditate habet.
Folia ad genicula inferiora octona, ad ſuperiora et in ramis ſena, ſpinula exigua terminata, quae tamen in aliis vix diſtingui poteſt. Flores lactei odorati. Stamina albida cum antheris flauis.

GALIVM (*glaucum*) foliis verticillatis linearibus, pedunculis dichotomis ſummo caule floriferis *Linn. Vpſ.* 27. *Spec. pl.* 107. *n.* 13.
Galium foliis ſenis et nouenis ſubaſperis ſpinula terminatis. *Hall. helv.* 460.
Rubia montana anguſtifolia. *Bauh. pin.* 333. *prodr.* 145.
In pratis ſiccioribus intra Polytricha.

GA-

GALIVM (*boreale*) foliis quaternis lanceolatis trineruiis glabris, caule erecto, seminibus hispidis. *Linn. Spec. pl.* 108. *n.* 16 *Lapp.* 60. *Suec.* 124. *Cliff.* 64. *Hall. helv.* 450.

Rubia pratensis laeuis acuto folio. *Baub. pin.* 333. *prodr.* 145.

In pratis siccis insulae quae nomen a rotunditate habet.

Tota planta subaspera est.

GALIVM (*rotundifolium*) foliis quaternis ouatis laeuibus obtusis, panicula dichotoma, seminibus hispidis. *Linn Spec. pl.* 108. *n.* 18.

Galium foliis qnaternis, ex ouato lanceolatis, seminibus hirsutis longe petiolatis. *Hall. helv.* 458.

Rubia quadrifolia, semine duplici hispido. *Baub. hist.* 3. *p.* 718. *Moris. hist.* 3. *p.* 329. *s.* 9. *t.* 21. *f.* 5.

Habitat passim in syluis.

GALIVM (*Aparine*) foliis octonis lanceolatis carinatis scabris retrorsum aculeatis, geniculis villosis, fructu hispido. *Linn. Spec. pl.* 108. *n.* 19. *Suec.* 128.

Aparine vulgaris. *Baub. pin.* 334. *Moris. hist.* 3. *p.* 331. *s.* 9. *t.* 22. *f.* 1.

Ad fl. Lugam circa Howskaia pagum, et passim in hortis oleraceis.

PLANTAGO (*maior*) foliis ouatis glabris, ſcapo tereti, ſpica floſculis imbricatis. *Linn. Spec. pl.* 112. *n.* 1. *Suec.* 129.
Plantago latifolia ſinuata. *Bauh. pin.* 189.
Ad vias paſſim, vnde Ruſſice Подумникъ *dicitur.*

PLANTAGO (*media*) foliis ouato - lanceolatis pubeſcentibus, ſpica cylindrica, ſcapo tereti. *Linn. Spec. pl.* 113. *n.* 3. *Suec.* 130.
Plantago latifolia incana. *Bauh. pin.* 189.
In ſylua Inſulae Pharmacopaeorum.
Stamina violacea ſunt cum antheris albis.

PLANTAGO (*lanceolata*) foliis lanceolatis, ſpica ſubouata nuda, ſcapo angulato. *Linn. Spec. pl.* 113. *n.* 5. *Suec.* 131.
Plantago anguſtifolia maior. *Bauh. pin.* 189.
Plantago lanceolata. *Bauh hiſt.* 3. *p.* 505.
Ad ductus aquarum, ad vias, vt et ad ſepes copioſe prouenit.

CORNVS (*borealis*) herbacea, ramis binis. *Linn. Spec. pl.* 118. *n.* 4. *Lapp.* 65. *t.* 5. *f.* 3. *Suec.* 139.
Periclymenum paruum prutenicum cluſ. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 108.
Periclymenum humile norvegicum. *Buxb. act.* 3. *p.* 271.
Habitat in ſylua circa oſtium Lugae fl.

ALCHEMILLA (*vulgaris*) foliis lobatis. *Linn. Spec. pl.* 123. *n.* 1. *Suec.* 141.
Alchimilla vulgaris. *Bauh. pin.* 319.
Vbiuis ad ductus aquarum et in paſcuis.

DI-

DIGYNIA.

Cvscvta (*europaea*) floribus ſeſſilibus. *Linn. Spec. pl.* 124. *n.* 1. *Suec.* 144.
Cuſcuta maior. *Bauh. pin.* 219.
Навильца, *ſiue* кропивная малина, *ſiue* шелковая трава *Ruſſ.*
In ripa vmbroſa, non procul a Catharinenhof in Lupulo.

TETRAGYNIA.

Potamogeton (*natans*) foliis oblongo-ouatis petiolatis natantibus.. *Linn. Spec. pl.* 126. *n.* 1, *Cliff.* 40. *Suec.* 145. *Hall helv.* 199.
Potamogeton maius rotundifolium. *Moris. hiſt.* 2. *p.* 586. *ſ.* 5. *t.* 29. *f.* 1. *opt.*
In paluſtribus.

Potamogeton (*perfoliatum*) foliis cordatis amplexicaulibus. *Linn Lapp.* 69. *Suec.* 146. *Spec. pl.* 126. *n.* 2. *Hall. helv.* 199.
Potamogeton perfoliatum. *Rai. ſyn.* 3. *p.* 149.
Vbiuis in locis vadoſis Nevae fl. et Sinus Cronſtadienſis.

Potamogeton (*lucens*) foliis lanceolatis, planis in petiolos deſinentibus. *Linn. Spec. pl.* 126. *n.* 4. *Cliff.* 40. *Suec.* 147.
Potamogeton foliis anguſtis ſplendentibus. *Bauh. pin.* 193.
In fluuio Neva, praecipue autem in ramis eius lente fluentibus.
Folia ſuperiora longe petiolata, figura et conſiſtentia pene ſpeciei primae, inferiora in petiolos

deſinentia, aut et ſeſſilia, ſuperioribus longiora et anguſtiora, pellucida, omnia coniugata. Spicae ſemiunciales in longis petiolis e foliorum alis.

POTAMOGETON (*criſpum*) foliis lanceolatis alternis vndulatis ſerratis. *Linn. Spec. pl.* 126. *n.* 5. *Suec.* 148.

Fontinalis criſpa. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 778. *cum icone non mala.*

Cum Potamogetone perfoliato creſcit promiſcue.

In noſtro folia minime criſpa ſunt.

POTOMOGETON (*gramineum*) foliis lineari-lanceolatis alternis ſeſſilibus ſtipula latioribus. *Linn. Spec. pl.* 127. *n.* 10. *Suec.* 151.

Potamogeton foliis gramineis latiuſculis, craſſisſimis ſeminibus. *Hall. helv.* 200.

In fl. Luga ad pagum Howſkaia.

POTAMOGETON (*puſillum*) foliis linearibus oppoſitis alternisque diſtantibus, baſi patentibus, caule tereti. *Linn. Spec. pl.* 127. *n.* 12. *Suec* 153.

Potamogeton minimum capillaceo folio. *Baub. pin.* 193.

In palude prope officinas lateritias.

SAGINA (*procumbens*) ramis procumbentibus. *Linn. Lapp.* 157. *Suec.* 155. *Spec. pl.* 128. *n.* 1.

Alſine muſcoſo flore repens. *Dill. giſſ.* 81.

In pratis, praeſertim vbi aquae ſtagnarunt, vt et ad radices arborum locis humidis creſcentium paſſim.

CLAS-

CLASSIS V.
PENTANDRIA.
MONOGYNIA.

Myosotis (*scorpioides*) seminibus nudis, foliorum apicibus callosis. *Linn. Spec. pl.* 131. *n* 1. *Vir.* 149. *Suec.* 157.

α. Myosotis (*aruensis*) foliis hirsutis. *Linn. Cliff.* 45.

Scorpiurus annuus flore paruo. *Hall. helv.* 519.

Echium scorpioides aruense. *Bauh. pin.* 254.

β. Myosotis (*palustris*) foliis glabris. *Linn. Cliff.* 46.

Scorpiurus perennis floribus maioribus. *Hall. helv.* 520.

Echium scorpioides palustre. *Bauh. pin.* 254.

Скорпіонная трава *Russ.*

α) *Passim in agris et aruis, vt et ad ductus aquarum locis siccis.* β) *Vbiuis ad aquas stagnantes.*

Myosotis (*Lappula*) seminibus aculeis glochidibus, foliis lanceolatis pilosis. *Linn. Spec. pl.* 131. *n.* 3. *Suec.* 157.

Lappula riuini. *Rupp. Ien.* 9.

Nouogrodii in vallo arcem ambiente lecta, alias nusquam obseruata.

Anchvsa (*officinalis*) foliis lanceolatis, spicis imbricatis secundis. *Linn. Cliff.* 46. *mat. med.* 59. *Spec. pl.* 133. *n.* 1. *Suec.* 161.

Buglossum

Bugloſſum vulgare maius, flore vtcumque duplici. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 578.
Волóвой языкъ *Ruth.*
Habitat locis ruderatis paſſim.

Cynoglossvm (*officinale*) ſtaminibus corolla breuioribus, foliis lato-lanceolatis tomentoſis ſeſſilibus. *Linn. Spec. pl.* 134. *n.* 1. *Succ.* 162.
α Cynogloſſi vulgaris minor ſpecies et candidior. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 599.
Creſcit circa Nowgrodium.

Pvlmonaria (*officinalis*) foliis radicalibus ouatocordatis ſcabris. *Linn. Spec. pl.* 135. *n.* 2. *Cliff.* 44. *Suec.* 163. *mat. med.* 62.
Pulmonaria vulgaris maculoſo folio. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 169.
Медуница *Ruſſ.*
Creſcit in ſyluis 15 *circiter leucas ob vrbe diſtantibus.*

Symphytum (*officinale*) foliis ouato-lanceolatis decurrentibus. *Linn. Cliff.* 47. *Succ.* 165. *mat. med.* 61. *Spec. pl.* 136. *n.* 1.
Symphytum magnum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 593.
α. Idem foliis ochroleucis.
Лошакова ухо *ſiue* Салной корень *Ruſſ.*
Ad fl. Wolchow ſupra Tſchortouo pagum nihil hac planta copioſius, alias nusquam viſa.

Lycopsis

Lycopsis (*arvensis*) foliis lanceolatis hispidis, calycibus florescentibus erectis. *Linn. Spec. pl.* 139. *n.* 4. *Lapp.* 77. *Cliff.* 44 *Suec.* 167.
Echium fuchsii s. Borrago sylvestris. *Bauh. hist.* 3. *p.* 581.
In ripa arenosa insulae cui a Basilio nomen est, paulo infra palatia Novogrodensis monasterii.

Echium (*vulgare*) caule simplici erecto, foliis caulinis lanceolatis hispidis, floribus spicatis lateralibus. *Linn. Spec. pl.* 139. *n.* 3. *Cliff.* 43. *Suec.* 168.
Echium vulgare. *Bauh. pin.* 254.
In districtu Coporiensi ad vias et inter segetes passim.

† Androsace (*septentrionalis*) foliis lanceolatis dentatis glabris, perianthiis angulatis corolla breuioribus. *Linn. Spec. pl.* 142. *n.* 2. *Suec.* 170.
Androsace montana, flore minore. *Buxb. act.* 2. *p.* 369. *t.* 23. *f.* 2.
Alsine verna, androsaces capitulis. *Bauh. pin.* 251. *prodr.* 118.
Alsine minor, androsaces alterius facie. *Bauh. pin* 251. *prodr.* 118.
Alsine adsinis Androsace dicta minor. *Bauh. pin.* 251.
Habitat in montosis Naruae ripis, et primo floret vere.

Primv-

PRIMULA (*veris*) foliis dentatis rugoſis, *limbo corollarum concauo*. *Linn Spec pl.* 143. *n.* 1. *α.*

Primula veris odorata, flore luteo ſimplici. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 495.

Verbaſculum pratenſe odoratum. *Baub. pin.* 241.

Буквица бѣлая *Ruſſ.*

Habitat in Inſula, cui a Petro nomen eſt, et alibi in pratis.

MENYANTHES (*trifolia*) foliis ternatis. *Linn. Lapp.* 80 *Cliff.* 52. *Suec.* 173. *mat. med.* 66. *Spec. pl.* 145. *n.* 3.

Trifolium paluſtre. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 389.

Трилистникъ водяной *ſiue* Вахта *Ruſſ.*

Vbiuis in paluſtribus vulgatiſſima planta eſt.

HOTTONIA (*paluſtris*) *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 207. *Linn. Cliff.* 51. *Spec. pl.* 145. *Suec.* 174.

Millefolium aquaticum dictum Viola aquatica. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 781.

Тысячалистникъ *Ruſſ.*

In paluſtribus circa Petropolin, et ad ductum aquarum Ladogenſem, in aquis ſtagnantibus frequentiſſima.

Laciniae calycis aliquando patentiſſimae et deorſum flexae. Verticillis florum folia linearia numero florum reſpondentia ſubiecta ſunt.

LYSIMACHIA (*vulgaris*) paniculata, racemis terminalibus. *Linn. Spec. pl.* 146. *n.* 1. *Suec.* 175.

Lyſi-

Lyſimachia lutea. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 903.
Вербейникъ *Ruſſ.*
Riparum umbroſarum et prouentu herbarum fertilium incola eſt.
Variat foliis binis, ternis et quaternis. Folia bina et terna ſaepe in una eademque planta videre eſt.

Lysimachia (*thyrſiflora*) racemis lateralibus pedunculatis. *Linn.* Spec. *pl.* 147. *n.* 4. *Suec.* 176.
Lyſimachia bifolia, flore globoſo luteo. *Baub. pin.* 245.
Nulla palus facile inuenitur vbi haec non copioſe proueniat, tam circa Petropolin, quam ad fl. Wolchow.

Lysimachia (*Nummularia*) foliis ſubcordatis, floribus ſolitariis, caule repente. *Linn. vir.* 13. *Cliff.* 52. *mat. med.* 67. Spec. *pl.* 148. *n.* 10. *Suec.* 177, *Hall. helv.* 481.
Nummularia. *Dod. pempt.* 500.
Полушешная трава *ſive* Луговой чай *Ruſſ.*
Circa oſtium fl. Strelna copioſiſſime; in Inſula, cui a Baſilio nomen eſt, rarius inuenitur. Ad ductum aquarum Ladogenſem et ad fl. Wolchow ſaepe obuia eſt, in locis, vbi aquae ſtagnarunt, et circa medium Iulii floret.

Convolvulvs (*ſepium*) foliis ſagittatis, poſtice truncatis, pedunculis tetragonis vnifloris. *Linn.* Syſt. 922. Spec. *pl.* 153. *n.* 2. *Suec.* 182. Con-

Conuoluulus maior albus. *Bauh. pin.* 294.
Павилишніе колокольчики *Ruſſ.*
Ad fl Lugam circa oſtium Roſſonae in ripis frequentiſſima planta eſt; alias nusquam obuia.

Polemonivm (*caeruleum*) foliis pinnatis, floribus terminalibus erectis, calycibus corollae tubo longioribus. *Linn. Syſt.* 925.
Polemonium calycibus corollae tubo longioribus. *Linn. Spec. pl.* 162. *Suec.* 183.
Polemonium. *Linn. Lapp.* 86. *Cliff.* 63. *Hall. helv.* 490.
Polemonium vulgare caeruleum. *Tourn. inſt.* 146. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 252.
Грецкой балдырянъ *Ruſſ.*
Circa Strelna in ſylua.

Campanvla (*rotundifolia*) foliis radicalibus reniformibus, caulinis linearibus. *Linn Lapp.* 83. *Cliff.* 65. *Spec. pl.* 103. *n.* 3. *Suec.* 184.
α. Campanula foliis imis cordatis vix ſerratis, ſuperioribus linearibus integris. *Hall. helv.* 494.
Campanula linifolia caerulea, vel Rapunculus campanulatus linifolius. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 977.
β. Campanula foliis radicalibus cordatis ſerratis, caulinis linearibus integris. *Hall. helv* 495.

Cam-

Campanula vulgaris minor, foliis imis rotundioribus sinuatis, non serratis. *Morif. hist. 2. p 456. f. 5. t. 2. f 17.*

In sylvis et pratis passim, sed a multo copiosior. Vtraque floret Iulio.

CAMPANULA (*uniflora*) caule unifloro, calyce corollam aequante. *Linn. syst. 925.*

Campanula caule unifloro. *Linn. Lapp. 85. t. 9. f. 5. 6. Suec. 185. Spec. pl. 163. n. 1.*

In prato amaenissimo ad Fl. Wolchow.

Habitus plantae, figura foliorum, eorumque dispositio, flos natans et nostrae et Linneanae sunt eadem. Praecipua differentia consistit in eo, quod in nostra planta omnia folia sint uniformia, lanceolata, leuissime crenata, numero non amplius quatuor, et quod flori nullum folium subiicitur.

* CAMPANULA (*patula*) foliis strictis, radicalibus lanceolato-oualibus, panicula patula. *Linn. Suec. 186 Spec. plant. 164. n. 6.*

Campanula esculentae facie, ramis et floribus patulis. *Dill. elth. 68. t. 58. f. 68.*

In prato ad ramum fluuii Neuae Tschornaia retchska prope Petropolin a latere Viburgensi.

CAMPANULA (*perficifolia*) foliis radicalibus obovatis, caulinis lanceolato-linearibus subserratis sessilibus remotis. *Linn. Spec. pl. 164. n. 7. Suec. 187.*

Campanula caerulea anguſtifolia. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 803.

Rapunculus perſicifolius, magno flore. *Baub. pin.* 93.

β. Campanula perſicaefolia, flore albo. *Tourn. inſt.* 111.

Habitat in pratis ad fl. Volchow, vt et in ſylua Inſulae Pharmacopaeorum paulo ſupra oſtium rami Karpowka dicti. [*Item copioſe in pratis a ſiniſtra circa praedium Ill. Cancellarii Comitis de Woronzow, quod eſt ad viam, quae Petropoli Peterhouium tendit.*]

CAMPANVLA (*rhomboidalis*) foliis rhomboidibus ſerratis, ſpica ſecunda. *Linn. Spec. pl.* 165. *n.* 11.

Campanula alpina glabra, flore dilutiſſime caeruleo. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 806. *propter figuram foliorum et diſpoſitionem florum bona.*

Noſtra planta ſubaſpera eſt. Varietas autem glabra in montibus Duderhouianis occurrit.

CAMPANVLA (*rapunculoides*) foliis cordato-lanceolatis, caule ramoſo, floribus ſecundis ſparſis. *Linn. vir.* 17. *Spec. pl.* 165. *n.* 14.

Campanula hortenſis, rapunculi radice repente. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 460. *ſ.* 5. *t.* 3. *f.* 32. *bona.*

In ſyluis circa fl. Strelnaja.

CAM-

CAMPANVLA (*Trachelium*) caule angulato, foliis petiolatis, calycibus ciliatis, pedunculis trifidis. *Linn. Spec. pl.* 166. n 18. *Suec.* 189.

Campanula maior, vulgatior, asperior, foliis vrticae. *Morif. hift.* 2. *p* 459.

In fylvis ad fl Strelnaia nihil eft hac planta vulgatius.

Floret circa medium Iulii.

CAMPANVLA (*glomerata*) caule angulato fimplici, floribus feffilibus, capitulo terminali. *Linn. Spec. pl.* 166 n. 19. *Vir.* 16. *Suec.* 190.

Campanula pratenfis, flore conglomerato. *Baub. pin.* 94.

Примочная трава *Ruff.*

Per totam Ingriam vulgaris planta eft.

CAMPANVLA (*Cervicaria*) hifpida, floribus feffilibus, capitulo terminali, foliis lanceolato-linearibus vndulatis *Linn. Spec pl.* 167. *n* 20. *Suec.* 191.

Trachelium altiffimum, foliis afperis anguftis, floribus paruis *Baub. hift.* 2. *p.* 801.

Circa fl. Strelnaia.

LONICERA (*Xyloftcum*) pedunculis bifloris, baccis diftinctis, foliis integerrimis pubefcentibus. *Linn. Spec. pl.* 174. n. 6. *Suec* 194.

Chamaecerafus dumetorum, fructu gemino rubro. *Baub. pin.* 451.

Живолостпь, *siue* живолостникъ. *Ruſſ.*
In ſyluis circa Strelna *magna copia creſcit, ſed et per totam Ingriam paſſim.*

Recte Ill. Hallerus (helv. 464.) falſitati arguit Erndl. qui in app. ad E. N. C. vol. 3. p. 142. vnicum ſemen baccis huius Loniceraе aſcribit; plerumque enim quaterna, non raro quina et ſena obſeruantur.

Verbascvm (*Thapſus*) foliis decurrentibus vtrinque tomentoſis. *Linn. Vir.* 13. *Suec.* 195. *mat. med.* 90. *Spec. pl.* 177. *n* 1.
Verbaſcum mas latifolium luteum. *Bauh. pin.* 239.
Царски Скипетръ *siue* Медвѣжье ухо *Ruſſ.*
Paſſim ad ductum aquarum Ladogenſem locis ſiccis et arenoſis.

Verbascvm (*nigrum*) foliis cordato-oblongis petiolatis. *Linn. mat. med.* 91. *Spec. pl.* 178. *n.* 3. *Suec* 197.
Verbaſcum nigrum, flore paruo, apicibus purpureis. *Bauh. hiſt.* 3 *p.* 873.
In ripis vmbroſis et ſubhumidis Neuae fl. praeſertim ſupra cataractam frequens eſt.
Floret ſub initium Auguſti.

Hyoscyamvs (*niger*) foliis amplexicaulibus. *Linn. Cliff.* 56. *Suec.* 199. *mat. med.* 86. *Spec. pl.* 179. *n* 1 *Hall. helv.* 512.
Hyoſcyamus vulgaris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 627.
Белена *Ruſſ.*

Ad

Ad rudera passim. Nullibi autem tam copiose, quam ad pagum quendam in dextra Nauae fl. ripa 30. leuc. supra Petropolin situm.

SOLANVM (*Dulcamara*) caule inermi frutescente flexuoso, foliis superioribus hastatis, racemis cymosis. *Linn. Spec. pl.* 185. *n.* 5. *Suec.* 201.

Glycypcros s. amara dulcis. *Bauh. hist.* 2. *p.* 109.

Сладка и горька *Russ.*

In syluis non infrequens, et saepe Rhamno Frangulae comes est.

RHAMNVS (*catharticus*) spinis terminalibus, floribus quadrifidis dioicis. *Linn. Spec. pl.* 193. *n.* 1. *Cliff.* 70. *Suec.* 193. *mat. med.* 72.

Rhamnus catharticus *Bauh. pin.* 478.

Cerui spina. *Cord. hist.* 175.

Придорожная иголка *Russ.*

Circa cataractas Naruae fluuii.

RHAMNVS (*Frangula*) inermis, floribus monogynis hermaphroditis, foliis integerrimis. *Linn. Spec. pl.* 193. *n.* 3 *mat. med.* 73. *Cliff.* 70. *Suec.* 203.

Frangula. *Dod. pempt.* 784.

Alnus nigra baccifera. *Bauh. pin.* 428.

Крушина *Russis.*

In syluis non admodum siccis frequens est.

Cortex Russis Крушиноваго дерева кора *audit. Baccae a Russis* Волчьи ягоды, *id est*

Lupi baccae, a Tataris Собачьи ягоды, *id eſt baccae caninae vocantur.*

Ribes (*alpinum*) inerme, racemis erectis: bracteis flore longioribus. *Linn. Spec. pl.* 200. *n.* 2. *Suec.* 206.

Ribes alpinum dulce. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 98. *Linn. Lapp.* 97.

In montoſis Duderhouii.

Ribes (*nigrum*) inerme, racemis piloſis, floribus oblongis. *Linn. Spec. pl.* 201. *n.* 3. *Suec.* 207.

Ribes nigrum vulgo dictum, folio olente. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 98.

Чорная Смородина *Ruſſ.*

In Inſula, cui nomen eſt a rotunditate, copioſe provenit. [*Ego legi* 1757. *in Inſula a Biſilio cognominata.*]

DIGYNIA.

Chenopodium (*urbicum*) foliis triangularibus ſubdentatis, racemis confertis ſtrictiſſimis cauli approximatis longiſſimis. *Linn Spec. pl.* 218. *n.* 2. *Suec.* 215.

Chenopodium latifolium minus ramoſum, petiolis longiſſimis ex foliorum alis confertim naſcentibus. *Buxb. hall.* 69. *t.* 1. *cum ic. bona.*

Ad ſepes pagi Duderhow.

Chenopodium (*album*) foliis rhomboideo-triangula ribus eroſis poſtice integris: ſummis oblongis, racemis erectis. *Linn. Spec. pl.* 219. *n.* 5. *Suec.* 218.

Atri-

Atriplex ſylueſtris. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 972.
Paſſim in hortis oleraceis et ruderatis.

CHENOPODIVM (*viride*) foliis rhomboideis dentato ſinuatis, racemis ramoſis ſubnudis. *Linn. Spec. pl.* 219. *n.* 6. *Suec.* 219.
Chenopodium folio oblongo integro. *Dill. app.* 6. *giſſ.* 154.
Atriplex ſylueſtris, foliis integris, racemoſum. *Rai. angl.* 3. *p.* 155.
In hortis oleraceis frequentiſſima planta.

CHENOPODIVM (*polyſpermum*) foliis integerrimis ouatis, caule decumbente, cymis dichotomis. *Linn. Spec. pl.* 220. *n.* 14. *Suec.* 223.
Chenopodium foliis ouatis integerrimis, caule decumbente. *Linn. Vir.* 21. *Suec.* 217.
Chenopodium foliis integris, obtuſe acuminatis, racemis per caulem nudis ramoſis. *Hall. helv.* 176.
Blitum foliis ouatis. *Linn. Cliff.* 28.
Blitum polyſpermum. *Bauh. pin.* 128.
Blitum erectius ſ. terrium tragi. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 967. *cum ic mala.*
Prope vicum Sarskoe.

VLMVS (*campeſtris*) foliis duplicato-ſerratis, baſi inaequalibus. *Linn. Spec. pl.* 225. *n.* 1. *Suec.* 226.
Vlmus fructu membranaceo. *Linn. Cliff.* 33. *mat. med.* 105.

Vlmus campestris et theophrasti *Bauh. pin.* 426.
Илемь *Russ.*
Ad fl. Lugam et Volchow.

Gentiana (*Pneumonanthe*) corollis quinquefidis campanulatis oppositis pedunculatis, foliis linearibus. *Linn. Spec. pl.* 228. *n.* 5. *Suec.* 228.
Gentiana angustifolia autumnalis maior. *Bauh. pin.* 188.
Prope Iamburgum circa segetes.

Gentiana (*Centaurium*) corollis quinquefidis in fundibuliformibus, caule dichotomo. *Linn. Spec. pl.* 229. *n.* 14. *Suec.* 232.
Centaurium minus flore purpureo. *Bauh. hist.* 3. *p.* 353.
Ad fl. Lugam in praediis Baronis Tscherkassow.
[*Etiam Petropoli in prato iuxta hortum Palatii Imperialis aestiui, et in ipsis areis graminosis eiusdem Horti.*]

Gentiana (*campestris*) corollis quadrifidis, fauce barbatis. *Linn. Spec. pl.* 231 *n.* 18. *Suec.* 230.
Gentiana purpurea minima. *Col. ecphr.* 1. *p.* 223. *t.* 217.
Gentianella alpina verna minor. *Bauh. pin.* 188.
Спародубка *Russ.*
In pratis per totam Ingriam Nowgrodium vsque frequens est.
[*B. Krascheninikowius loco huius posuit Gentianam Amarellam, cui valde affinis.*]

Huius

[*Huius decocto cum cerevisia secundaria facta vtuntur Russorum aniculae contra alui torminа.*]

GENTIANA (*Cruciata*) corollis quadrifidis imberbibus verticillatis sessilibus *Linn Spec. pl.* 231. *n.* 20.

Gentiana cruciata *Bauh pin.* 188.

Gentiana minor s. vulgi Cruciata. *Bauh hist.* 3. *p.* 522.

Соколей перелбпв *Russ.*

In montosis Duderhofii.

DAVCVS (*Carota*) seminibus hispidis. *Linn. Cliff.* 89. *Vpſ* 59. *mat. med.* 142. *Spec. pl.* 242. *n.* 1. *Succ.* 237.

Pastinaca sylvestris genuina dioscoridis. *Morif. hist.* 3 *p.* 314. *s.* 9. *t.* 13. *f.* 2. *bona.*

Морковь *Russ.*

In sylvis circa vrbem Naruam frequens est.

CONIVM (*maculatum*) seminibus striatis. *Linn. Cliff.* 92. *Spec. pl.* 243. *Succ.* 238.

Cicuta maior. *Bauh. pin.* 160. *Morif. hist.* 3. *p.* 290. *s.* 9. *t.* 6. *f.* 1.

Passim in paludosis.

ATHAMANTA (*Libanotis*) foliis bipinnatis planis, vmbella hemisphaerica, seminibus hirsutis. *Linn. Spec. pl.* 244. *n.* 1. *Succ* 240.

Athamanta foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis, radicalium circa costam decussatis. *Gmel. sib.* 1. *p.* 186. *t.* 40. *f.* 1. *et* 2.

Libanotis pinnulis circa coſtam decuſſatis. *Hall. helv.* 451.
Apium petraeum ſ. montanum album. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 105.
Порѣзная трава *Ruſſ.*
Circa urbem Naruam in ſyluis.

Peucedanum (*officinale*) foliis quinquies tripartitis filiformibus linearibus. *Linn. Spec. pl.* 245. *n.* 1.
Saxifraga montana minor, foliis peucedani. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 274. *ſ.* 9. *t.* 2. *f* 15.
Inter fl. Ruſſiam et Siſtam in ſyluis.

Peucedanum (*Silaus*) foliolis pinnatifidis: laciniis oppoſitis. *Linn. Spec. pl.* 246. *n.* 3.
Saxifragia anglorum foliis foeniculi latioribus, radice nigra, flore candido, ſemine foeniculi, ſimilis ſilao. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 171. *cum icone non mala.*
Circa urbem Naruam in ſyluis.

Heracleum (*Sphondylium*) foliolis pinnatifidis. *Linn. cliff.* 103. *Spec. pl.* 249. *n.* 1.
Sphondylium quibusdam, ſ. Branca urſina germanica. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 160.
Горщь Медвѣжья лапа *Ruſſ.* Сладкая трава i. e. *dulcis herba* Camtſchatcenſibus.
In Inſula Neuae fl cui a Petro nomen eſt.

Angelica (*Archangelica*) foliorum impari lobato. *Linn. Lapp.* 101. *Cliff.* 97. *Suec.* 245. *mat. med.* 120. *Spec. pl.* 250. *n.* 1.
Angelica ſatiua. *Bauh. pin.* 115. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 290. *ſ* 9. *t.* 3. *f.* 1.
In ſyluis circa fl. copioſe prouenit, et cum ſequenti eodem Ruſſico nomine vocatur.

Ange-

ANGELICA (*ſylueſtris*) foliolis aequalibus ouato-lanceolatis ſerratis. *Linn. Cliff.* 97. *Suec.* 246. *mat. med.* 121. *Spec. pl.* 251. *n.* 2. *Hall. helv.* 445. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 192.

Angelica ſylueſtris magna vulgatior. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 144.

Дягильникъ *Ruſſ.*

In ſyluis humidis circa fluuium Strelnaia.

PHELLANDRIVM (*aquaticum*) foliorum ramificationibus diuaricatis. *Linn. Spec. pl* 255. *n.* 1. *Suec.* 252.

Phellandrium. *Dod. pempt.* 591. *Linn. Cliff.* 100.

Phellandrium foliis ad angulos obtuſos ramoſis. *Hall. helv.* 432. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 208.

Phellandrium vel Cicutaria quorundam. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 183.

In ramis fl. Neuae, vbi curſus eius tardior, vna cum Scirpo altiſſimo copioſe prouenit.

Floret ſub finem Iunii.

SISON (*inundatum*) repens, umbellis biſidis *Linn. Spec. pl.* 253. *n* 5 *Suec.* 249

Phellandrium foliis imis capillaceis. *Hall. helv.* 782.

Millefolium aquaticum foeniculo ſimile umbelliferum *Baub. hiſt.* 3. *p.* 8. *cum icone mala.*

Sium minimum, foliis imis ferulaceis. *Moriſ. hiſt.* 3 *p.* 223. *ſ.* 3. *t.* 9. *f.* 5.

In aquis ſtagnantibus circa ductum aquarum Lalogenſem.

Obſ. Folia radicalia capillacea multifida, ſuperiorem in caule ſitum obtinentia, Phellandrio, vti Hll. Halle-

Hallerus ſcribit, ſimilia, caulina ſupra aquas ſimpliciter pinnata, pinnis 6 aut 5 cum impari, foliolis cuato-oblongis, magis aut minus acutis, minutiſſime ſerratis.

CICVTA (*viroſa*) vmbellis folio oppoſitis, petiolis marginatis obtuſis. *Linn. Spec. pl.* 255. *n.* 1. *Suec.* 253

Cicuta. *Linn. cliff* 100. *mat. med.* 129.

Cicuta aquatica. *Linn. lapp* 103.

Sium pinnis laciniatis, pinnulis trifidis, neruo non foliofo. *Hall. helv.* 436. *Gmel. ſib.* 1 *p.* 202.

Sium aquaticum foliis multifidis, longis, ſerratis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 283. *ſ.* 9 *t.* 5. *f.* 4. *Iona ſub nomine ſii foliis rugoſis trifidis ſeu multifidis dentatis.*

In aquis praeſertim ſtagnantibus frequens eſt.

AETHVSA (*Cynapium*) *Linn. Cliff.* 100. *Suec.* 254 *Spec. pl.* 256. *Hall. helv.* 433.

Cicuta minor petroſelino ſimilis. *Bauh. pin.* 160.

Собачья петрушка *Ruſſ.*

Inter fl. Ruſſiam et Siſtam in ſyluis.

CHAEROPHYLLVM (*ſylueſtre*) caule ſtriato, geniculis tumidiuſculis. *Linn. Suec.* 257.

Chaerophyllum ſeminibus nitidis ſcabris. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 210. *t.* 49. *c. d.*

Chaerophyllum ſylueſtre perenne cicutae folio. *Tourn. inſt.* 114. *Linn. lapp.* 104.

Cicutaria vulgaris. *Dod. pempt.* 701.

In ſyluis et pratis paſſim ſed non magna copia.

CHAE-

CHAEROPHYLLVM (*aromaticum*) caule aequali, foliolis ſerratis integris. *Linn. Spec. pl.* 249. *n.* 5.
Angelica ſylueſtris hirſuta inodora. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 146.
Inter pagos Varoneſchſcaa et Nouaburia ad marginem ſyluae.

SESELI (*annuum*) petiolis ramiferis membranaceis ventricoſis emarginatis. *Linn. cliff.* 103. *Spec. pl.* 260. *n.* 4. *Hall. helv.* 430.
Daucus, glauco folio, ſimilis foeniculo tortuoſo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 16.
[*In Codice Mſſ. locus creſcendi non additus; et dubito etiam an hic locorum creſcat.*]

PASTINACA (*ſatiua*) foliis ſimpliciter pinnatis. *Linn. Cliff.* 150. *Vpſ.* 66. *mat. med.* 130. *Spec. pl.* 262. *n.* 1. *Hall. helv.* 446.
Paſtinaca germanica ſylueſtris, quibusdam Elaphoboſcum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 149.
Пастернакъ *Ruth.*
Circa urbem Naruam in ſyluis.

CARVM (*Carui*) *Dod. pempt.* 299. *Linn. Lapp.* 105. *Cliff.* 106. *Suec.* 260. *mat. med.* 138. *Spec. pl.* 263. *Hall. helv.* 428. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 220.
Тминъ, *ſiue* Тминъ, *ſiue* полевой анисъ *Ruſſ.*
In Inſula, cui a Petro nomen eſt. [*Item in pratis circa Tſchornaia retſchka.*]
Inuolucrum vniuerſale vno aut duobus foliolis conſtat; nec vnquam deeſſe obſeruauimus.

PIM-

PIMPINELLA (*ſaxifraga*) foliis pinnatis: foliolis radicalibus ſubrotundis; ſummis linearibus. *Linn. Spec. pl.* 263. *n.* 1. *Suec.* 261.

Pimpinella foliolis ſubrotundis. *Linn. mat. med.* 125.

Pimpinella minor. *Riu. pent.* 80.

Бебреницъ *Ruſſ.*

α. Pimpinella ſaxifraga maior altera. *Bauh. pin.* 159.

Tragoſelinum pinnis ſubrotundis circumſerratis. *Hall. helv.* 429.

Saxifragia hircina minor, foliis ſanguiſorbae. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 111.

Naſcitur in pratis circa Nouogrodium non procul a Monaſterio Sct. Antonio dicato. α. *In Inſula cui a Petro nomen eſt, et alibi non infrequens.*

Delectatur ſiccioribus locis.

Floret Iulio.

Incolae radicibus vtuntur ad ſaporem aromaticum coloremque caeruleum ſpiritui frumenti deſtillando conciliandum.

AEGOPODIVM (*Podagraria*) foliis caulinis ſummis ternatis. *Linn. Cliff.* 107. *Spec. pl.* 265. *Suec* 263. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 220.

Angelica ſylueſtris repens. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 145.

Podagraria. *Riu. pent.* 47. *Hall. helv.* 427.

Сныть *Ruſſ.*

Ad ſepes et in hortis oleraceis frequens.

TRIGYNIA.

VIBVRNVM (*Opulus*) foliis lobatis: petiolis glanduloſis. *Linn. Spec. pl.* 268. *n.* 7. *Suec.* 264.

Opu-

Opulus. *Linn. Cliff.* 109. *Hall. helv.* 463.
Sambucus aquatica, flore ſimplici. *Baub. pin.* 456. *Cam. epit.* 977.
Калина *Ruſſ.*
Vbiuis circa Petropolin in ſyluis ſubumidis et ad ripas fl. Neuae inter Alnum, excepta inſula cui a Baſilio nomen eſt. Syluae etiam circa canalem Ladogenſem et fl. Volchow eadem abundant.

Alsine (*media*) petalis bipartitis, foliis ouato-cordatis. *Linn. Spec. pl.* 272. *n.* 1. *Lapp.* 186. *Suec.* 267. *Cliff.* 173.
Alſine media. *Baub. pin.* 250.
Alſine minor *Dod. pempt.* 29.
Alſine vulgaris ſ. Morſus gallinae. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 363.
Alſine pentaſtemon, petalis bipartitis. *Hall. helv.* 386.
Мокрица, *ſiue* Курячьи черьги *Ruſſ.*
In hortis oleraceis et ad ſepes paſſim.

TETRAGYNIA.

Parnassia (*paluſtris*) *Linn. Lapp.* 108. *Suec.* 268. *Cliff.* 113. *Spec. pl.* 273. *Hall. helv.* 316.
Gramen parnaſſi dodonaeo, quibusdam Hepaticus flos. *Baub. hiſt.* 3. *p* 537.
Золотникова трава *Ruſſ.*
Ad fl Strelnaia in ſyluis humidis paſſim, vt et ad oras ductus aquarum.
Floret circa medium Iulii.

PEN-

PENTAGYNIA.

LINVM (*catharticum*) foliis oppositis ouato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. *Linn. Spec pl.* 281. *n* 17. *Cliff.* 114. *Suec.* 271. *mat med.* 157.

Alsine verna glabra, flosculis albis; vel potius linum minimum. *Bauh. hist.* 3. *p.* 455. *cum icone bona.*

In aruis passim.

DROSERA (*rotundifolia*) scapis radicatis, foliis orbiculatis. *Linn. Lapp* 109. *mat. med* 158. *Zeyl.* 120. *Spec. pl.* 281. *n* 1. *Suec.* 273.

Ros solis folio rotundo. *Bauh. pin* 357.

Солнечная роса *Ruth.*

B. Ammannus circa Neuense Monasterium. Krascheninnikow circa fontes Pristannoi Ruschei in Lugam fluentis legit.

[*Syrupus a Russis contra catarrhos inueteratos laudatur.*]

POLYGYNIA.

MYOSVRVS (*minimus*) *Linn. Spec. pl.* 284.

Myosurus foliis integerrimis. *Linn. cliff.* 117. *Suec.* 270.

Myosurus. *Bauh hist.* 3. *p.* 512. *cum icone bona.*

Мышиный хвостъ *Ruth.*

In hortis sponte prouenit et primo vere floret.

CLASSIS

CLASSIS IV.

HEXANDRIA.

MONOGYNIA.

ALLIVM (*oleraceum*) caule teretifolio bulbifero, foliis ſcabris ſemiteretibus ſubtus ſulcatis, ſtaminibus ſimplicibus. *Linn. Spec. pl.* 299. *n.* 19. *Suec.* 280.

Scorodopraſum montanum iuncifolium, capite crinito, nucleis et floribus purpuraſcentibus, *Mich. gen.* 24.

In montoſis Dalerbouii.

Obſ. Nuclei maturi ouales, magni, margaritarum colore. Inuolucrum intenſioris coloris, quam ipſi flores, hinc iuniores nuclei, quoad inuolucro tecti ſunt, floribus concolores dicuntur.

ALLIVM (*Schoenopraſum*) ſcapo nudo adaequante folia teretia ſubulato-filiformia. *Linn. Vpſ.* 48. *Spec. pl.* 301. *n.* 28. *Suec.* 282.

Cepa alpina paluſtris tenuifolia. *Tourn. inſt.* 383.

Habitat ad ripam inſulae, cui a rotunditate nomen eſt.

Floret ſub finem Iunii.

Obſ. Folium, quod in medio ſcapo eſt, ipſum ſcapum longitudine ſaepe ſuperat, id quod Cepae ſcapis foliisque teretibus, capitulis pyramidatis. Gmel. ſib. 1. *p.* 59. *affinem facit. Sed idem non raro breuius, aut et par longitudine ſcapo eſt. Altitudine plerumque cubitali occurrit.*

ORNITHOGALVM (*minimum*) ſcapo angulato diphyllo, pedunculis vmbellatis ramoſis. *Linn. Spec. pl.* 306. *n.* 2. *Suec.* 286.

Ornithogalum luteum minus. *Bauh. pin.* 71.

Circa Strelnaia fl. primo vere florens lectum eſt.

CONVALLARIA (*maialis*) ſcapo nudo. *Linn. Lapp.* 112. *Cliff.* 124. *Suec.* 292. *mat. med.* 167. *Spec pl.* 314. *n.* 1. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 34.

Lilium conuallium vulgo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 531.

Ландышъ *Ruſſ.*

Creſcit per totam Ingriam in ſyluis, vt et in pleriſque inſulis Neuae fl. excepta nomen habente a Baſilio.

CONVALLARIA (*Polygonatum*) foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus ſubunifloris. *Linn. Spec. pl.* 315. *n.* 3. 3. *Suec.* 294.

Polygonatum vulgo Sigillum ſalomonis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 529.

Купено *ſiue* Саломонова печать *Ruſſ.*

Per totam Ingriam in ſyluis.

[*Succo radicis Ruſſorum feminae ad faciei conciliandam gratiam vtuntur.*]

CONVALLARIA (*bifolia*) foliis cordatis. *Linn. Lapp.* 113. *Cliff.* 125. *Suec.* 296. *Spec. pl.* 316. *n.* 8. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 35.

Smilax vnifolia humillima. *Tourn. inſt.* 654.

Vbiuis in ſyluis vulgaris planta eſt.

IVNCVS

IVNCVS (*effusus*) culmo nudo stricto: panicula laterali. *Linn. Spec. pl.* 326. *n.* 3. *Suec.* 299.
Iuncus laeuis, panicula sparsa, maior. *Bauh. pin.* 12. *theatr.* 182.
Passim in paluloſis.

IVNCVS (*filiformis*) culmo nudo filiformi nutante, panicula laterali. *Linn Spec. pl.* 326. *n.* 5. *Suec.* 300. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 71.
Iuncus paruus, calamo ſupra paniculam longius producto. *Rai. hiſt.* 1385. *ſyn.* 432. *Linn. Lapp.* 118.
In paludibus quae aeſtate exſiccantur, non raro occurrit.

Floſculi in noſtro omnino ſpadicei.

Fiſſura vbi panicula exeritur, ad oras rubra, culmus ſub panicula anulo rubro cinctus eſt.

IVNCVS (*articulatus*) foliis nodoſo-articulatis. *Linn. Spec. pl.* 327. *n.* 8. *Suec.* 303.
Iuncus foliis articuloſis, floribus vmbellatis. *Tourn. inſt.* 247. *Linn. Lapp.* 120.
Ad ripas fl. Tſchernaia, proxime ad pontem.

IVNCVS (*bulboſus*) foliis linearibus canaliculatis, capſulis obtuſis. *Linn. Spec. pl.* 327. *n.* 9. *Suec.* 304.
Iuncus foliis mollioribus carinatis, panicula multiplici et ramoſa. *Hall. helv.* 254.
Iuncus paruus cum pericarpiis rotundis. *Bauh. hiſt.* 2. *cum icone ſatis bona.*
In paludoſis Ingriae paſſim occurrit.

IVNCVS (*bufonius*) foliis angulatis, culmo dichotomo, floribus foliatis ſeſſilibus. *Linn. Spec. pl.* 328. *n.* 10. *Suec.* 305. *Hall. helv.* 254.

Ceſpitoſe naſcitur in ripis Neuae fl. quae aquis alluuntur, et in aquis ipſis, Subulari aeque inſeparabilis comes.

In deſcriptione Halleri nihil eſt, quod a noſtra planta alienum ſit, ſi foliorum figuram exceperis, quae in noſtra angulata dici non poſſunt. Nec altitudo ſemipedalis et maior, quam idem ſuae plantae tribuit, multum obeſſet, praeſertim cum infra addat, occurrere aliquando biuncialem, id quod noſtrae proprium eſt. Ad omnem ſcrupulum eximendum, breuem deſcriptionem ſubiungimus.

Radix aliquot fibris tenuiſſimis fere ſimplicibus, albis, culmo multo longioribus conſtat.

Culmi ſeminunciales duolus, aut tribus foliolis veſtiti, uno ſcilicet ad radicem, reliquis ad culmum.

Folia uniformia, hinc conuexa, inde leuiter carinata, lata baſi, aut potius vagina, culmum amplexantia, culmo duplo longiora, acuto mucrone terminantur.

Flores pauci, ſaepe unus, pro habitu plantae magni.

Perianthium hexaphyllum, tribus foliolis exterioribus, duas fere lineas longis, interioribus paulo longioribus, omnibus concauis ex lato ungue in longum acutum apicem deſinentibus componitur.

Gluma calyci ſubiecta membranacea alba.

Vaginae foliorum, vt Ill. Hallerus monet, in noſtra etiam albae ſunt.

IVN-

IVNCVS (*piloſus*) foliis planis piloſis, corymbo ramoſo *Linn. Spec. pl.* 329. *n.* 13. *Suec.* 308. *Gmel ſib.* 1. *p.* 65.
Iuncus foliis planis latisque, panicula ſparſa ramoſa. *Hall. helv.* 256.
Gramen tore lucidum nemorenſe ſiue luiulae. *Bauh hiſt.* 2. *p.* 492.
Iuncoides hirſutum latifolium minus. *Scheuch. gram.* 315.
In ſyluis circa loca humida paſſim, ſed non admodum frequens eſt.

IVNCVS (*campeſtris*) foliis planis ſubpiloſis, ſpicis ſeſſili pedunculatisque. *Linn. Spec. pl.* 329. *n.* 14. *Suec.* 309.
Iuncoides villoſum capitulis pſyllii. *Scheuch. gram.* 310.
Paſſim.

TRIGYNIA.

*RVMEX (*criſpus*) floribus hermaphroditis: valuulis integris graniferis, foliis lanceolatis vndatis acutis. *Linn. Spec. pl.* 339. *n.* 9. *Suec.* 314.
Lapathum folio acuto criſpo. *Bauh. pin.* 115.
Habitat in agris circa Slauenka.

RVMEX (*aquaticus*) floribus hermaphroditis: valuulis integerrimis nudis, foliis cordatis. *Linn. Spec. pl.* 336. *n.* 14. *mat. med.* 177. *Suec.* 315.
Lapathum aquaticum, folio cubitali. *Bauh. pin.* 116.
Ad ductus aquarum et paludes, atque in ſyluis humidis vulgaris planta eſt.

* Rvmex (*acutus*) floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato oblongis. *Linn. mat med.* 176. *Spec. pl.* 335. *n.* 10. *Suec.* 316.

Lapathum acutum ſ. Oxylapathum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 983.

Habitat locis ſuculentis circa Petropolin a latere Wiburgenſi.

Rvmex (*Acetoſa*) floribus diocis, foliis oblongis ſagittatis. *Linn. vir.* 32. *Cliff.* 139. *Vſſ.* 89. *Lapp.* 130. *Suec.* 318. *mat. med.* 529. *Spec. pl.* 337. *n.* 21.

Acetoſa pratenſis. *Bauh. pin.* 14.

Щевель *Ruſſ.*

In Inſula pharmacopatorum, et alibi in pratis.

Rvmex (*Acetoſella*) floribus dioicis, foliis lanceolato haſtatis. *Linn vir.* 32. *Cliff.* 139. *Lapp.* 131. *Spec. pl.* 338. *n.* 22. *Suec.* 319.

Oxalis parua auriculata repens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 902.

In pratis et paſcuis frequens eſt.

Folia circa radicem mire variant, ſunt enim nonnunquam ſpathaeformia, cum vno hamo breui; aliquando lanceolata absque hamis, ſaepe linearia fere cum vno hamo. Hami non ſunt oppoſiti, ſed alterni.

Scheuchzeria (*paluſtris*) *Linn. Lapp.* 133. *t.* 10. *f.* 1. *Spec. pl.* 338. *Succ.* 320. *Hall. helv.* 258. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 73.

Iunco di affinis paluſtris. *Sibuch. gram.* 336.

In muſcoſis, praeſertim circa limites Coporienſis, Iamburgenſis et Nouogrodenſis diſtrictuum.

Triglochin (*paluſtre*) capſulis trilocularibus ſublinearibus. *Linn. act. ſtockh.* 1742. *p.* 147. *t.* 6. *f.* 1. 2. 3. *Spec. pl.* 338. *n.* 1. *Succ.* 321. *Gmel ſib.* 1. *p.* 72.

Triglochin fructu tenui. *Linn. lapp.* 134. *Hall. helv.* 258.

Gramen triglochin. *Bauh hiſt.* 2. *p.* 508.

Per totam Ingriam circa fluuios frequens, Petropoli autem in ripa arenoſa Neuae fl. quae ſaepius aquis inundatur, copioſe prouenit, et Ranunculo reptanti, praeſertim circa portum trirenium, inſeparabilis comes eſt.

POLYGYNIA.

Alisma (*Plantago aq.*) foliis ouatis acutis, fructibus obtuſis trigonis. *Linn. Spec. pl.* 342. *n.* 1 *Succ.* 323.

Alisma fructu obtuſe trigono. *Linn. lapp.* 138. *Cliff.* 141. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 77.

Plantago aquatica latifolia et anguſtifolia. *Bauh. pin.* 190.

Подорожникъ водяной *Ruſſ.*

Circa paludes et in ipſis paludibus vulgatiſſima planta eſt.

CLASSIS VII.

HEPTANDRIA.

MONOGYNIA.

TRIENTALIS (*europaea*) foliis lanceolatis integerrimis. *Linn. Spec. pl.* 344. *Succ.* 326.
Trientalis. *Linn. lapp.* 139.
Herba trientalis. *Bauh. hist.* 3. *p.* 506.
Alsynanthemos. *Amm. act. petr. tom.* 9. *p.* 310. *t.* 13.
α. Eadem biflora.
Vulgatissima [*in syluis prope Catharinenhof et*] *in insula cui nomen est a Basilio, sed nec alibi hospes.*
Floret sub finem Maii et Iunio.

CLASSIS VIII.

OCTANDRIA.

MONOGYNIA.

EPILOBIVM (*angustifolium*) foliis sparsis linearilanceolatis. *Linn. Spec. pl.* 347. *n.* 1. *Succ.* 327.
Lysimachia speciosa, quibusdam Onagra dicta siliquosa. *Bauh. hist.* 2. *p.* 907.

In

In insula cui a Petro nomen est, circa piscinam copiose provenit; sed nusquam tanta copia quam ad ductum aquarum, cui a Ladoga nomen est.

Epilobium (*hirsutum*) foliis oppositis lanceolatis serratis decurrenti-amplexicaulibus. *Linn. Suec.* 328. *Cliff.* 145. *Spec. pl.* 347. *n.* 3.
Epilobium hirsutum magno flore et speciosо. *Dill. giss.* 131.
Ad ductus aquarum non procul a Sarskoe Selo vulgaris planta est.
In locis siccioribus occurrit flore minore, et tum viliosissima et perquam ramosa est.

Epilobium (*montanum*) foliis oppositis ouatis dentatis. *Linn. Lapp.* 147. *Cliff.* 145. *Suec.* 329. *Spec. pl.* 348. *n.* 4.
Lysimachia lutea. *Bauh. hist.* 2. *p.* 907.
In ripis umbrosis Neuae fl. non raro occurrit; crescit et ad ductus aquarum, sed parce.
Obs. Saepe occurrunt specimina pygmaea, praesertim in locis aridis nata, ubi dentes vix ulli.

Epilobium (*palustre*) foliis oppositis lanceolatis integerrimus, petalis bifidis, caule erecto. *Linn. Spec. pl.* 348. *n.* 6. *Suec.* 307.
Epilobium spicatum, foliis integerrimis linearibus fasciculatis. *Hall. helv.* 408.
Lysimachia siliquosa glabra angustifolia. *Bauh. pin.* 245.
Habitat locis humidis passim.

VACCINIVM (*Myrtillus*) pedunculis vnifloris, foliis ſerratis ouatis deciduis, caule angulato. *Linn. Spec. pl.* 349. *n.* 1. *Suec.* 333.

Vitis idaea foliis oblongis crenatis, fructu nigricante. *Baub. pin.* 470.

Черника *Ruſſ.*

In Inſula, cui a Baſilio nomen eſt, et paſſim in ſyluis locis ſubhumidis.

Floret ſub medium Maii.

VACCINIVM (*vliginoſum*) pedunculis vnifloris, foliis integerrimis ouatibus baſi ciliatis. *Linn. Spec. pl.* 350. *n.* 3. *Suec.* 332.

Vitis idaea magna, quibusdam Myrtillus grandis. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 518.

Пьяница, Голубица, Гонобобель *Ruſſ.*

In ſyluis circa fl. Strelnaia frequentiſſima planta eſt, ſed nec alibi boſpes, modo ſint loca vmbroſa nec adeo ſicca.

Pianiza Ruſſis quaſi ebriae vocantur hae baccae, quia largius comeſtae dolorem capitis inferunt.

VACCINIVM (*Vitis idaea*) racemis terminalibus nutantibus, foliis obouatis reuolutis integerrimis ſubtus punctatis. *Linn. Spec. pl.* 351. *n.* 10. *Succ.* 334.

Vitis idaea ſemperuirens, fructu rubro. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 522.

Брусница *Ruſſ.*

In ſyluis nullibi non occurrit.

Floret circa medium Iunii.

VACCINIVM (*Oxycoccus*) foliis integerrimis reuolutis ouatis, caulibus repentibus filiformibus nudis. *Linn. Spec. pl.* 351. *n.* 11. *Suec.* 335.

Oxycoccos ſ. Vaccinia paluſtris. *Tourn. inſt.* 655.

KAIOKBA *Ruſſ.*

In paludibus inter Sphagnum frequens eſt.

[*Baccas crudas licet acidiſſimas auidiſſime ingurgitant Ruſſi: Leguntur propterea autumno, antequam nix cadat, et congelatae venduntur. Quamprimum vero incipiunt regelaſcere, aqua ſuperaffunditur et ita per hyemem conſeruantur; aqua illa colore baccarum inſtar vini burgundici tincta pro potu inſeruit. Soluta denique niue baccae iterum leguntur et vsque ad menſem Iunium venum afportantur.*]

ERICA (*vulgaris*) antheris bicornibus incluſis, corollis inaequalibus campanulatis mediocribus, foliis oppoſitis ſagittatis. *Linn. Spec. pl.* 352. *n.* 1. *Suec.* 336.

Erica vulgaris humilis ſemperuirens, flore rubro. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 354.

Erica foliis imbricatis glabris. *Hall. helv.* 419.

Bepeckb *Ruſſ.*

Nulla frequentior planta in ſuperiori regione Neuae ſi ita vt quaedam loca tota hac planta veluti panno rubro tecta eminus videantur.

DAPHNE (*Mezereum*) floribus ſeſſilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. *Linn. Spec. pl.* 356. *n.* 1. *Suec.* 338.

Laureola folio deciduo ſ. Mezereum germanicum. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 566.

Ягодки *ſive* Волчей дикой перецъ *Ruſſ.*

In Inſula cui a cruce nomen eſt, et in tota pene Ingria in ſyluis paſſim occurrit.

[*Ruthenorum feminae faciem marcore confectam baccis illiniunt, vt luccae turgeſcant et iuuentutis formam induant.*]

TRIGYNIA.

POLYGONVM (*Biſtorta*) caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, foliis ouatis in petiolos decurrentibus. *Linn. mat. med.* 189. *Spec. pl.* 360. *n.* 2.

Biſtorta maior, radice magis intorta. *Bauh. pin.* 192.

Biſtorta media, folio minus rugoſo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 539.

Ad ductum aquarum Ladogenſem inter Naſiam et Lauam fl. in maxima copia, alias nusquam.

POLYGONVM (*viuiparum*) caule ſimpliciſſimo monoſtachyo, foliis lanceolatis. *Linn. Spec. pl.* 360. *n.* 3. *Suec.* 340.

Biſtorta minima. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 539.

In Inſula pharmacopaeorum ſed rarius.

POLY-

POLYGONVM (*amphibium*) floribus pentandris ſemidigynis, ſtaminibus corolla longioribus. *Linn. Spec pl.* 361. *n.* 7. *Suec.* 341.

Potamogeton foliis ſalignis lanceolatis petiolatis vnitormibus. *Kraſchen.*

Potamogeton ſalicis folio. *Baub pin.* 193.

Potamogeton anguſtifolium ſ. ſalicis folio. *Moris. hiſt* 2. *p.* 587. *ſ.* 5. *t.* 29. *f.* 2. *optima.*

In paluſtribus frequens eſt, et ſub initium Auguſti floret.

Folia omnia vniformia, ſaligna 4 *vel* 5 *poll. longa et* 1¼ *poll. lata, lanceolata, ad inſertionem petiolorum ſaepe leuiter exſoſſa. Petioli internodiis duplo aut ſeſquialtera parte longiores; Internodia non vltra ſeſqui poll. Vaginae ad genicula membranaceae, breues. Radices ad ſingula genicula, nec ſummis exceptis, filiformes nigrae Spica vncialis et longior purpuraſcens pedunculo biuncíali aut et longiori nititur.*

* POLYGONVM (*Hydropiper*) floribus hexandris ſemidigynis, foliis lanceolatis, ſtipulis ſubmuticis. *Linn. Spec. pl.* 361. *n.* 10. *Suec.* 343.

Perſicaria vrens ſ. Hydropiper. *Baub. pin.* 101.

Hydropiper. *Dod. pempt.* 607.

Чечина права *Ruſſ.*

Habitat frequens in vliginoſis.

[*In angina, et exulcerationibus, atque cancro narium et gulae Aſtrachanenſes vtuntur. Lerch.*]

POLYGONVM (*Perſicaria*) floribus hexandris digynis, ſpicis ouatis oblongis, foliis lanceolatis, ſtipulis

ſtipulis ciliatis. *Linn. Spec. pl.* 361. *n.* 11. *Suec.* 342.
Perſicaria. *Dod. pempt.* 608.
Почечуйникъ *Ruſſ.*
Habitat locis ruderatis paſſim.
Variat foliis maculatis et non maculatis.

POLYGONVM (*auiculare*) floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. *Linn. Spec. pl.* 362. *n.* 15. *Suec.* 339.
Polygonum latifolium. *Bauh. pin.* 281.
Спорышъ *ſiue* подорожникъ *Ruſſ.*
Vbique ad vias.

POLYGONVM (*Conuoluulus*) foliis cordatis, caule volubili, floribus planiuſculis. *Linn. Spec. pl.* 364. *n.* 24. *Suec.* 344.
Helxine ſemine triangulo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 157.
In hortis et agris non infrequens.

TETRAGYNIA.

PARIS. (*quadrifolia*) *Linn. Spec. pl.* 367. *Suec.* 346.
Paris foliis quaternis. *Linn. Lapp.* 155. *Cliff.* 153. *Hall helv.* 412.
Herba Paris. *Tourn. inſt.* 233.
Вороней глазъ *Ruſſ.*
In ſyluis paſſim.

ELATINE (*Hydropiper*) foliis oppoſitis. *Linn. Lapp.* 156. *Suec.* 348. *Spec. pl.* 367. *n.* 1.

Hydro-

Hydropiper. *Buxb. cent.* 3. *p.* 35. *t.* 37. *f.* 3.
In ripis Nemae fl. inter Subulariam et Scirpum acicularem.

CLASSIS IX.

ENNANDRIA.

HEXAGYNIA.

BUTOMUS (*umbellatus*) *Linn. Lapp.* 159. *Cliff.* 155. *Spec. pl.* 372. *Suec.* 350. *Hall. helv.* 298.
Juncus floridus maior. *Baub. pin.* 112.
Cycakh *Ruſſis accepto a Tataris nomine.*
In paludoſis circa fl. Wolchow ſed raro, circa ductum aquarum, cui a lacu Ladoga nomen eſt, frequentior.

CLASSIS X.

DECANDRIA.

MONOGYNIA.

LEDUM (*paluſtre*) *Linn. Lapp.* 160. *Spec. pl.* 391. *Suec.* 352.
Ledum foliis linearibus ſubtus hirſutis, floribus corymboſis. *Linn. mat. med.* 210.

Ciſtus

Ciſtus Ledon foliis roſmarini ferrugineis. *Bauh. pin.* 467.

Ad fl. Strelnaia [*et circa monaſterium Alexandri Newsky in paludoſis*] *frequentiſſima planta eſt.*

ANDROMEDA (*polifolia*) pedunculis aggregatis, corollis ouatis, foliis alternis lanceolatis reuolutis. *Linn. Spec. pl.* 393. *n.* 5.

Andromeda foliis alternis lanceolatis margine reflexis. *Linn. Lapp.* 163. *t.* 1. *f.* 3. *Cliff.* 163. *Hall helv.* 416.

Poliifolia. *Buxb. act. petrop.* 2. *p.* 345. *cent.* 5. *p.* 28. *t.* 49. *f.* 1.

Ledoides roſmarini foliis rigidis, ſuperne laete viridibus, inferne albis, floribus dilute rubentibus. *Siegesb. petrop.* 63.

In ſyluis humidis ad fl. Strelnaia, et in ſuperiore regione Neuae fl. frequens.

† ANDROMEDA (*calyculata*) racemis ſecundis foliaceis, corollis ſubcylindricis, foliis alternis lanceolatis obtuſis punctatis. *Linn. Spec. pl.* 394. *n.* 9. *Suec.* 357.

Chamae Daphne. *Buxb. act. petrop.* 1. *p.* 241. *t.* 8. *f.* 1.

Hydragonum. *Siegesb. petrop.* 56.

Habitat frequens in vliginoſis Ingriae.

ARBVTVS (*Vua vrſi*) caulibus procumbentibus, foliis integerrimis. *Linn. Lapp.* 162. *t.* 6. *f.* 3. *Cliff.* 163. *mat. med.* 211. *Spec. pl.* 395. *n.* 4. *Suec.* 358. *Hall. helv.* 415.

Vua

Vua vrſi. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 63.
Vitis idaea foliis carnoſis et veluti punctatis. *Baub. pin.* 470.
Медвежьи *ſiue* волчьи ягоды *Ruſſ.*
In ſuperiori regione Neuae ſl. et in pinetis ad Lugam locis flexilibus.

Pyrola (*rotundifolia*) ſtaminibus adſcendentibus, piſtillo declinato. *Linn. mat med.* 212. *Amaen. acad.* 1. *p.* 156. *Spec. pl.* 396. *n.* 1. *Suec.* 360.
Pyrola. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 535.
Грушовка *ſiue* грушка дикая *Ruſſ.*
In nemoribus frequens.

Pyrola (*minor*) floribus racemoſis diſperſis, ſtaminibus piſtillisque rectis. *Linn. Spec. pl.* 396. *n.* 2. *Suec.* 361.
Pyrola foliis obiter ſerratis ſubrotundis racemoſis, floribus tuba recta. *Hall. helv.* 420.
Pyrola minor. *Riu. pent.* 149. *Rai. angl.* 3. *p.* 363.
Cum priori.
Scapi anguloſi, angulis acutis, vna cum pedunculis et calycibus, roſeo colore plerumque tincti. Flores candidi ſaepius cum leui tinctura purpurae. Spica florum erecta, non raro etiam pendula. Flores in noſtra parui, raro vltra 12.

Pyrola (*ſecunda*) racemo vnilaterali. *Spec. pl.* 396 *n.* 3 *Suec.* 362.
Pyrola folio ſerrato. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 536.
Paſſim in ſyluis.
Noſtra foliis eſt ſemper ex albo virentibus.

Pyrola (*umbellata*) *Linn Spec. pl.* 396 *n.* 4. *Suec.* 363.

Pyrola fruteſcens, arbuti flore. *Bauh pin.* 191. *Moriſ hiſt* 3. *p* 505 *ſ.* 12. *t.* 10. *f.* 5.

Circa oſtium Neuae fl. in pineto aridis locis frequens eſt

Pyrola (*uniflora*) ſcapo vnifloro. *Linn. Lapp.* 167. *Spec pl.* 397. *n.* 6 *Suec.* 364. *Hall. helv* 4 c.

Pyrola minima alpina *Bauh hiſt.* 3. *p.* 536.

Habitat in Inſula cui nomen eſt a Baſilio, circa fl Iſchornaia, alibi nuſquam obuia

Scapus in noſtra raro palmam excedens tenuis eſt, et vno foliolo ſeſſili et concauo, nunc infra nunc ſupra medium ſcapum, aliquando et prope florem, auctus eſt.

DIGYNIA.

Chrysosplenivm (*alternifolium*) foliis alternis. *Linn Spec pl.* 398. *n.* 1. *Suec.* 365. *Hall. helv.* 189.

Chryſoſplenium. *Linn. Cliff.* 149.

Saxifraga aurea dodonaei. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 707.

Frequentiſſima planta eſt vbiuis circa humida loca.

Floret ſub initium Maii.

Caulis ſaepiſſime erectus. Foliorum ſerraturae non raro leuiter emarginatae.

Scleranthvs (*annuus*) cal cibus fructus clauſis. *Linn. Spec. pl.* 406. *n.* 2. *Suec.* 377.

Knawel

Knawel folio et flore albicante. *Rupp. Ien.* 70.
In ripis clatterilus et arenosis Nenae fl. supra cataractam passim, infernus non occurrit.

DIANTHVS (*deltoides*) floribus solitariis, squamis calycinis lanceolatis binis, corollis crenatis. *Linn. Clss.* 164. *Succ.* 382. *Spec. pl.* 411. *n.* 6.

Betonica coronaria, s. Caryophyllus minor, folio viridi nigricante repens, flore argenteis punctis notato. *Baub. hist.* 3. *p.* 329. (*male*).

Per totam Ingriam crescit in pratis exsuccis. Petropoli in Insula pharmaceutica.

DIANTHVS (*plumarius*) floribus solitariis, squamis calyci is subouatis brevissimis, corollis multifidis fauce pubescentibus. *Linn. Spec. pl.* 411. *n.* 9.

Britannica coronaria tenuissime dissecta, s. Caryophyllaea superbi elatior, vulgaris. *Baub. hist.* 3. *p.* 330. (*bene*).

Circa ostium Narvae fl. una cum Pyrola umbellata crescit.

TRIGYNIA.

CVCVBALVS (*baccifer*) calycibus campanulatis, petalis distantibus, fructu colorato, ramis divaricatis. *Linn. Spec. pl.* 414. *n.* 1.

Cucubalum quibusdam, vel Alsine baccifera. *Baub. hist.* 2. *p.* 175.

Primum obſeruatur haec planta paullo ſupra oſtium Roſſonae Lugam fl. cum Narowa iungentis, inde inferiora verſus Lugae fl. paene ad oſtium vsque in ſalicetis frequens Caeterum neque in Sibiria, neque hic in Ingria vsquam provenit.

CVCVBALVS (*Behen*) calycibus ſubgloboſis glabris reticulato-venoſis, capſulis trilocularibus, corollis ſubnudis. *Linn. Spec. pl.* 414. *n.* 2. *Suec.*. 385.

Lychnis ſylueſtris, quae Behen album vulgo. *Bauh. pin.* 205.

Habitat Petropoli in inſula, quae a Petro nomen ſortita eſt. Caeterum per totam Ingriam, praeſertim circa ſegetes, frequens eſt.

CVCVBALVS (*tataricus*) petalis bipartitis, floribus ſecundis decumbentibus, pedunculis oppoſitis ſolitariis erectis, caule ſimpliciſſimo. *Linn. Vpſ.* III. *Spec. pl.* 415. *n.* 8.

Silene foliis ex lineari-lanceolatis, pedunculis ramoſis, floribus veluti verticillatis trigynis. *Gmel. ſib. Mſſ.*

Lychnis ſeptentrionalis, floribus vno verſu diſpotis. *Hall. gott.* 33.

Lychnis fruticoſa hyſſopifolia. *Gerb. Tan.*

Habitat in ripa ſeptentrionali et elatiori Neuae fl. ſupra pagum Oſtrowſki dictum.

Radix calami olorini craſſitie longa albens, validiſſimis fibris donata, oblique in terram deſcendens, nullo notabili odore aut ſapore praedita.

Folia

Folia radicalia numeroſa, lanceolata, ſeſquunciam et duas uncias longa, ſemunciam lata, petiolis aequalis longitudinis inſidentia.

Caules ex una radice tres ſeſquipedales, duri, teretes, erecti, geniculati geniculis tumentibus, ſupra medium ramoſi.

Folia caulina conjugata, cruciata, radicalibus ſimilia, ſed pro ratione ſitus minora, inferiora petiolata, ſuperiora ſeſſilia et amplexicaulia.

Rami e foliorum alis ſingulares, inferiores foliaſi, verſus unum latus leuiter inclinati, ſuperiores pedunculi floriferi ad angulum rectum a caule extantes.

Pedunculi conjugati, non tamen cruciati ſunt, ramoſi, plerumque quatuor, raro pluribus, imo ſaepe paucioribus floribus onuſti ſunt.

Flores erecti.

Perianthium pro more clauaeforme quinquedentatum, decemſtriatum, albens.

Corolla candida petalis ad unguem bipartitis, laciniis linearibus, apice ſubrotundis, quorum ſingulis bini denticuli acuti ad baſin appoſiti ſunt.

Stamina decem, quinque alterna corolla longiora, reliqua vix extra tubum eiusdem prominentia, filiformia, candida, antheris oblongis e luteo viridibus incumbentibus onuſta.

Germen cylindraceum. Styli tres candidi vix extra tubum floris emergentes.

Fructus cartilagineus cylindraceus trilocularis, ſeminibus reniformibus numeroſiſſimis foetus.

Tota planta cum foliis et calycibus ſubhirſuta eſt.

Cucubalus (*acaulis*) acaulis. *Linn. Spec. pl.* 415. *n.* 11 *Suec.* 387.
Silene acaulis. *Linn Lapp.* 184. *Hall. helv.* 375.
Muscus alpinus, lychnidis flore. *Bauh. hist.* 3. *p.* 767. *cum fig. non mala*
Vnicum exemplar possideo in Ingria lectum; locum tamen, vbi inueni, non memini.

Stellaria (*nemorum*) foliis cordatis petiolatis, pedunculis ramosis. *Linn. Spec. pl.* 421. *n.* 1. *Suec.* 391.
Alsine altissima nemorum. *Bauh. pin.* 251.
Alsine maior repens perennis. *Bauh. hist.* 3. *p.* 362.
Nil frequentius ad ripas Neuae fl. humidiores & valles, riuosque umbrosos.

Stellaria (*Holostea*) foliis lanceolatis serrulatis, petalis bifidis. *Linn. Spec. pl.* 422. *n.* 4. *Suec.* 392.
Gramen fuchsii s. Leucanthemum. *Bauh. hist.* 3. *p.* 361. *cum icone optima.*
Habitat in syluosis humidioribus locis.
Orae foliorum et nerus in nostra glabrae sunt. Folia glauca.

Stellaria (*graminea*) foliis linearibus integerrimis, floribus paniculatis. *Linn. Spec. pl.* 422. *n.* 5. *Suec.* 393.
Alsine foliis linearibus. *Linn. Lapp.* 187. *Cliff.* 172.
Alsine foliis gramineis, petalis bipartitis. *Hall. helv.* 385.

Gramini

Gramini fuchſii leucanthemo affinis et ſimilis herba. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 361. *cum icone mala.*
Intra Hypnum vbique frequens occurrit.
Floret ſub finem Maii

ARENARIA (*peploides*) foliis ouatis acutis carnoſis. *Linn. Lapp.* 149 *Spec. pl.* 423. *n.* 1. *Suec.* 396
Alſine litoralis, foliis portulacae. *Baub. pin.* 251. *Lues. pruſſ.* 12. *t.* 2.
Telephium maritimum, portulacae folio. *Buxb. cent. petrop.* 3. *p.* 271.
In ripis arenoſis circa Strelna frequens.

ARENARIA (*trineruia*) foliis ouatis acutis petiolatis neruoſis. *Linn. Cliff.* 173. *Spec. pl.* 423. *n.* 4 *Suec.* 397.
Alſine foliis lanceolatis trineruiis, petalis integris. *Hall helv* 390.
Alſine plantaginis folio. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 363.
In ſyluaſis humidioribus locis vna cum Stellaria Holoſtea frequens occurrit.
Floret vtraque ſub finem Maii.
Calycis laciniae carinatae rigidae acutae, ad oras albentes, inaequales, erecto-patentes. Petala dimidia laciniarum calycis longitudine. Stamina et piſtilla aequalis longitudinis, corolla longiora. Folia coniugata, plerumque trineruia, aliquando etiam quinque aut ſeptem neruis inſtructa, in exiguam ſpinulam deſinentia; ſuperiora fere ſeſſilia, circa medium caulem maiora, inferiora minima, fere orbiculata, longis petiolis inſidentia.

ARENARIA (*ſerpylliſolia*) foliis ſubouatis acutis ſeſſilibus, corollis calyce breuioribus. *Linn. Spec. pl.* 423. *n.* 5. *Suec.* 398.
Alſine foliis lanceolatis, petalis integris calycis magnitudine. *Hall. helv.* 389.
Alſine minima. *Bauh hiſt.* 3. *p.* 364.
Ad viam regiam prope Strelna.

ARENARIA (*rubra*) foliis filiformibus, ſtipulis membranaceis vaginantibus. *Linn. Spec. pl.* 423. *n.* 6. *Suec.* 399.
Spergula purpurea. *Bauh hiſt.* 3. *p.* 722.
Circa oſtium fl. Strelnaia, in locis arenoſis non infrequens; in ſuperiori Neuae regione in ripis arenoſis vulgatiſſima planta eſt.

PENTAGYNIA.

SEDVM (*Telephium*) foliis planiuſculis ſerratis, corymbo folioſo, caule erecto. *Linn. Spec. pl.* 430. *n.* 2. *Suec.* 400.
Anacampſeros purpurea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 682.
In pratis circa Catharinenhof [*et Tſchornaia retſchka.*]

SEDVM (*acre*) foliis ſubouatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis alternis, cyma trifida. *Linn. Cliff.* 177. *mat. med.* 218. *Spec. pl.* 432. *n.* 12. *Suec.* 403.
Sedum paruum acre, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 694.
Молодило *Ruſſ.*

Circa

Circa piſcinam, quae in inſula a cruce cognominata, ripis elatioribus copioſe creſcit. Ad Wolchow fl. et ad ductum aquarum Ladogenſem vulgatiſſima planta eſt.

OXALIS (*Acetoſella*) ſcapo vniflo ro, foliis ternatis, radice ſquamoſo-articulata. *Linn. Cliff.* 175. *mat. med.* 216. *Spec. pl.* 433. *n.* 1. *Suec.* 406.

Oxys ſeu Trifolium flore albo. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 387.

Vbiuis frequens in ſylueſtribus [praeſertim in Inſula a Baſilio cognominata, vbi 1757. circa finem Aprilis iam florentem legi.]

AGROSTEMMA (*Githago*) hirſuta, calycibus corollam aequantibus, petalis integris nudis. *Linn. Spec. pl.* 435. *n.* 1. *Suec.* 407.

Agroſtema. *Linn. Cliff.* 175.

Lychnis ſegetum maior. *Baub. pin.* 240.

Inter pagos Dſchabina et Koskina inter ſegetes.

LYCHNIS (*Flos cuculi*) petalis quadrifidis, fructu ſubrotudo. *Linn. Cliff.* 174. *Suec.* 408. *Spec pl.* 436. *n.* 2.

Cuculi flos, Odontites quibusdam. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 347.

In ſyluis locis ſiccioribus paſſim.

Floret circa initium Iulii.

LYCHNIS (*Viſcaria*) petalis integris. *Linn. Spec. pl.* 436. *n.* 3. *Suec.* 408.

Silene floribus pentagynis, capſulis quinquelocularibus. *Linn. Cliff.* 172.

Lychnis ſylueſtris viſcoſa rubra anguſtifolia. *Bauh. pin.* 205

Odontiti ſiue flori cuculi affinis Lychnis ſylueſtris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 348.

Дрема *ſiue* Смолевка *Ruſſ.*

In ſylua inſulae pharmacopaeorum.

Folia caulina circa baſin lanugine alba veſtita ſunt.

Lychnis (*dioica*) floribus dioicis. *Linn. Spec. pl.* 437. *n.* 6. *Suec.* 411.

Cucubalus floribus dioicis. *Linn. Cliff.* 171.

Lychnis ſylueſtris ſiue aquatica alba ſimplex. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 211.

Ad fl. Wolchow, et per totam Ingriam non infrequens planta.

Cerastivm (*ſemidecandrum*) floribus pentandris, petalis emarginatis. *Linn. Cliff.* 173. *Spec. pl.* 438. *n.* 3. *Suec.* 416.

Ceraſtium hirſutum minus, paruo flore. *Dill. giſſ.* 8. *Rai. angl.* 3 *p.* 348. *t.* 15. *f.* 1.

Ad ductus aquarum inſulae Baſilii copioſe prouenit, vt et in tota Ingria.

Spergvla (*arueniſis*) foliis verticillatis, pedunculis dichotomis, floribus decandris. *Linn. Spec. pl.* 440 *n.* 1. *Suec.* 419.

Spergula. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 722.

Paſſim ad vias et in hortis oleraceis frequens, nec a locis arenoſis abhorret.

Sper-

SPERGVLA (*nodoſa*) foliis oppoſitis ſubulatis laeviuſculis, caulibus ſimplicibus. *Linn. Spec. pl.* 440. *n.* 3. *Suec.* 420.

Spergula minor foliis knauel, flore maiuſculo albo. *Dill. giſſ* 158.

Ad radices montium Duderbouii.

CLASSIS XI.

DODECANDRIA.

MONOGYNIA.

ASARVM (*europaeum*) foliis reniformibus obtuſis binis. *Linn. Spec. pl.* 442. *n.* 1. *Suec.* 421.

Aſarum. *Bauh. pin.* 197.

Подлесникъ *ſive* дикой перецъ *Ruſſ. id eſt Piper ſylueſtre.*

Habitat in montibus Duderbouii et ad fl. Wolchovu in ſyluis.

LYTHRVM (*Salicaria*) foliis oppoſitis cordato-lanceolatis, floribus ſpicatis dodecandris. *Linn. Spec. pl.* 446. *n.* 1. *Suec.* 422.

Lyſimachia purpurea, quibusdam ſpicata. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 904.

Ad fluuios et paludes paſſim.

DIGY-

DIGYNIA.

AGRIMONIA (*Eupatoria*) foliis caulinis pinnatis, fructibus hiſpidis. *Linn. Spec. pl.* 448. *n.* 1. *Cliff.* 179. *Suec.* 423. *Vpſ.* 118. *mat. med.* 221. *Hall. helv.* 407.

Agrimonia officinarum. *Tourn. inſt.* 301.

Репникъ *Ruſſ.*

In ſyluis paſſim, ſed non admodum frequens occurrit.

TRIGYNIA.

† EVPHORBIA (*Peplus*) vmbella trifida: dichotoma, inuolucellis ouatis, foliis integerrimis obouatis petiolatis. *Linn. Spec. pl.* 456. *n.* 27. *Suec.* 426.

Euphorbia foliis ad caulem ouatis, ſub floribus binis, cordatis obtuſiſſimis, vmbellae radiis paucis vagisque. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 236.

Peplus, ſiue Eſula rotunda. *Bauh. pin.* 292. *Lob. ic.* 362. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 669.

Habitat paſſim in Ingria.

EVPHORBIA (*Helioſcopia*) vmbella quinquefida trifida: dichotoma, inuolucellis obouatis, foliis cuneiformibus ſerratis. *Linn. Spec. pl.* 459. *n.* 40. *Suec.* 425.

Tithymalus helioſcopius, ſiue ſoliſequus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 669.

Per totam Ingriam inter ſegetes.

EVPHORBIA (*paluſtris*) vmbella multifida: ſubtrifida: bifida, inuolucellis ouatis, foliis lanceola-

ceolatis, ramis ſterilibus. *Linn. Spec. pl.* 462. *n.* 51. *Succ.* 427.
Tithymalos paluſtris frutticoſus. *Baub. pin.* 292.
Etula maior. *Dalech. hiſt.* 1653.
Habitat in pratis prope Narvam urbem.

DODECAGYNIA.

Sempervivvm (*tectorum*) foliis ciliatis, propaginibus patentibus. *Linn. Spec. pl.* 464. *n.* 3. *Succ.* 428.
Sedum maius vulgare. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 687.
Чеснокъ дикой *Ruſſ.*
Circa oſtium priſtannoi rutſchei in Lugam fluentis ad radicem collis magna copia creſcit.

CLASSIS XII.

ICOSANDRIA.

MONOGYNIA.

Prvnvs (*Padus*) floribus racemoſis, foliis deciduis baſi ſubtus biglanduloſis. *Linn. Spec. pl.* 473. *n.* 1. *Succ.* 431.
Padus glandulis duabus baſi foliorum ſubiectis. *Linn. Cliff.* 185. *Hall. helv.* 357.
Padus foliis annuis. *Linn. Lapp.* 198.
Ceraſus racemoſa ſylueſtris, fructu non eduli. *Baub. pin.* 451.
Черемха *Ruſſ.*
In Inſula, cui a rotunditate nomen eſt, et vbiuis in ſyluis.

TRIGY-

TRIGYNIA.

Sorbvs (*aucuparia*) foliis pinnatis vtrinque glabris. *Linn. Spec. pl.* 477. *n.* 1. *Succ.* 435.
Sorbus aucuparia. *Bauh. hist.* 2. *p.* 62.
Рябина *Ruff.*
Passim in syluis.

PENTAGYNIA.

Spiraea (*Vlmaria*) foliis pinnatis: impari maiore lobato, floribus cymosis. *Linn. Spec. pl.* 490. *n.* 10. *Succ.* 440.
Vlmaria. *Bauh. hist.* 3. *p.* 488.
Passim in syluis, praesertim ad ripas vmbrosas fl. Neuae.

POLYGYNIA.

Rosa (*spinosissima*) caule petiolisque aculeatis, calycis foliolis indiuisis. *Linn. Spec. pl.* 491. *n.* 5. *Succ.* 442.
Rosa calicis foliolis indiuisis, pomo globoso. *Hall. helv.* 347.
Rosa syluestris pomifera 'obelio, flore rubello, sine spinis, pumila. *Bauh. hist.* 2. *p.* 40.
α. Eadem cum gallis.
In insula pharmacopaeorum Opulo ruellii et Rhamno inermi comes est, eodemque cum iis tempore floret, sub finem scilicet Iulii. Sed et per totam Ingriam locis conuenientibus minime hospes.
Folia vltra septem non vidi; saepius quinque obseruantur. Calycis laciniae longissimae integrae fere

ad

ad extrema petalorum pertingentes. Flores carnei, ſuauiſſime odori. Foliorum auriculae argute crenatae.

Rvbvs (*idaeus*) foliis quinato pinnatis ternatique, caule aculeato petiolis canaliculatis. *Linn. Spec. pl.* 492. *n.* 1. *Suec* 445. *mat. med.* 242.
Rubus idaeus ſpinoſus. *Baub. pin.* 479.
Малина *Ruſſ.*
In ſuperioribus regionibus Neuae ſi praeſertim ex adverſo arcis Schliſſelburg copioſiſſime prouenit.

* Rvbvs (*fruticoſus*) foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule petioli que aculeatis. *Linn. Spec. pl.* 493. *n.* 5. *Suec.* 444.
Rubus vulgaris ſ. Rubus fructu nigro. *Baub. pin.* 479.
Rubus. *Cam. epit.* 751.
Ежевика *Ruſſ.*
Habitat circa Naruam in ſepibus.

Rvbvs (*ſaxatilis*) foliis ternatis nudis, flagellis reptantibus hebetei. *Linn. Spec. pl.* 494. *n.* 8. *Suec* 447.
Rubus ſpinus humilis. *Baub. hiſt* 2. *p.* 61.
Костяника *Ruſſ.*
In ſyluis circa [Stauenka] *ſi Strelnaia, et in inſulis Neuae ſi excepta illa, quae a Baſilio nomen habet, paſſim prouenit.*
Sub medium Iulii iam fructum maturum fert.
[*Miſcuae, vbi copioſius creſcit, ex baccis cum melle fermentatis ſpiritum deſtillant optimum, ipſo cremato*

mato gallico praeſtantiorem. Paratur quoque ex iis Mina, Ruthenice Paſtilla dicta]

† Rubus (*arcticus*) foliis ternatis, caule inermi vnifloro. *Linn Spec. pl.* 494. *n.* 9 *Suec* 448.
Rubus caule vnifloro, foliis ternatis. *Linn. Lapp.* 107. *t.* 5. *f.* 2.
Rubus humilis, flore purpureo. *Buxb. cent.* 5. *p.* 13. *t.* 26. *mala. Act. phyſ. med. N. C. nou. Tom. I. p.* 39 *et* 58. *t.* 3. *f.* 1. *bona.*
Rubus trifolius humilis non ſpinoſus, ſapore et odore fragariae, fructu rubro polycocco, rubo idaeo ſimili. *Amm. ruth.* 185.
Княжница *Ruſſ.*
In ſyluis vdis Ingriae paſſim, praeſertim in ſyluis inter Petropolin et Peterhouium.

Rubus (*Chamaemorus*) foliis ſimplicibus lobatis, caule vnifloro. *Linn. Spec. pl.* 494. *n.* 10. *mat. med.* 244. *Suec.* 449.
Rubus caule biſolio vnifloro, foliis ſimplicibus. *Linn Lapp.* 208. *t.* 5. *f.* 1. *Cliff.* 192.
Морошка *Ruſſ.*
In ſyluis paludoſis paſſim, non tamen magna copia prouenit.

Fragaria (*veſca*) flagellis reptans. *Linn. Cliff.* 192. *Vpſ.* 113. *mat. med.* 245. *Spec. pl.* 494. *n* 1. *Suec.* 456. *Hall. helv.* 243.
Fragaria vulgaris. *Baub. pin.* 326.
Земляница *Ruſſ.*
Paſſim.

Poten-

Potentilla (*Anserina*) foliis pinnatis ferratis, caule repente. *Linn. Spec. pl.* 495 *n* 2. *Lapp.* 210. *Cliff.* 193. *Succ.* 451. *mat. med.* 246.

Pentaphylloides argenteum alatum seu Potentilla. *Tourn. inst.* 292.

Серебренникъ *Ruff.*

In pratis et ad vias nihil frequentius est.

Potentilla (*argentea*) foliis quinatis cuneiformibus incisis subtus tomentosis, caule erecto. *Linn. Spec. pl.* 497. *n* 11. *Succ.* 454.

Pentaphyllum erectum, foliis profunde sectis subtus argenteis, flore luteo. *Bauh. hist.* 2. *p.* 398.

Жабникъ *siue* Пятипалашникъ *siue* Пятипалистникъ *Ruff.*

Ad ductus aquarum non infrequens.

Potentilla (*reptans*) foliis digitatis, caule repente, pedunculis vnifloris. *Linn. mat. med.* 247. *Spec. pl.* 499. *n.* 17. *Succ.* 456.

Quinquefolium maius repens. *Bauh. pin.* 325.

Cum praecedente.

Tormentilla (*erecta*) caule erecto. *Linn. Spec pl.* 500. *n* 1. *Succ.* 459.

Tormentilla sylvestris. *Bauh. pin.* 326.

Завязной корень *Ruff.*

Pratis delectatur; in sylvis, nisi loca aprica sint, occurrit nusquam.

Floret sub finem Maii.

Saepiſſime occurrit caulibus declinatis. Corollis tetrapetalis hic inuenitur rarius, quam pentapetalis.

GEVM (*vrbanum*) floribus erectis, fructu globoſo: ariſtis vncinatis nudis, foliis lyratis. *Linn. Spec. pl.* 501. *n.* 2. *Suec.* 460.
Caryophyllata vulgaris. *Bauh. pin* 321.
Гребникъ *ſiue* Гравилатъ *Ruſſ.*
Ad ductum aquarum Lalegenſem.

* GEVM (*riuale*) floribus nutantibus, fructu oblongo: ariſtis plumoſis. *Linn. Cliff.* 195. *Spec. pl.* 501. *n.* 3. *Suec.* 461.
Caryophyllata aquatica, nutante flore. *Bauh. pin.* 321.
Caryophyllata ſeptentrionalium. *Lob. ic.* 694.
Habitat in pratis circa Petropolin frequens.

COMARVM. (*paluſtre*) *Linn. Lapp.* 214. *Cliff.* 195. *Spec. pl.* 502. *Suec.* 463. *Hall. helv.* 337.
Pentaphyllum paluſtre rubrum. *Lob. ic.* 691.
Сабельникъ раменной *Ruſſ.*
In paluſtribus frequens eſt.

CLASSIS XIII.

POLYANDRIA.

MONOGYNIA.

ACTAEA (*ſpicata*) racemo ouato, fructibus baccatis. *Linn. Spec. pl.* 504. *n.* 1. *Suec.* 464.

Actaea.

Actaea. *Linn. Cliff.* 209. *Vpſ.* 138. *mat. med.* 253.
Aconitum racemoſum. *Baub. pin.* 182.
Воронецъ *ſiue* Христофорова трава *Ruſſ.*
In montoſis Duderhouii vulgaris planta eſt.

Chelidonivm (*maius*) pedunculis vmbellatis, *Linn. Spec. pl.* 505. *n.* 1. *Suec.* 465.
Chelidonia. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 482.
Чистякъ большой *ſiue* ласточничная трава *Ruſſ.*
Ad ſtaraia Ladoga in ruderatis copioſe prouenit, ſed et alibi in Ingria minime hoſpes eſt.

Nymphaea (*lutea*) calyce magno pentaphyllo. *Linn. Lapp.* 218. *Cliff.* 203. *mat. med.* 258. *Spec. pl.* 510. *n.* 1. *Suec.* 469.
Nymphaea lutea. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 771.

Nymphaea (*alba*) foliis cordatis integerrimis, calyce quadrifido. *Linn. Spec. pl.* 510. *n.* 2. *Suec.* 470.
Nymphaea candida. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 770.
Куфшинчикъ i. e. *Vrceolus Ruſſ.*
Vtraque ſpecies in fluuio Tſchornaia dicto copioſiſſime creſcit, et per totam Ingriam locis conuenientibus.

Tilia (*europaea*) floribus nectario deſtitutis. *Linn. Spec. pl.* 514. *n.* 1. *Suec.* 471.
Tilia. *Linn. Cliff.* 204. *mat. med.* 262.
Tilia vulgaris platyphyllos. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 133.
Липа *Ruſſ.*

In continente circa Petropolin. In insulis sponte crescentem non vidi. Ad Fl. Lugam in arbores proceras excrescit.

TRIGYNIA.

Delphinivm (*Consolida*) nectariis monophyllis, caule subdiuiso *Linn. Spec. pl.* 530. *n.* 1. *Cliff* 212. *Suec.* 475. *mat. med.* 268.

Delphinium segetum, flore coeruleo. *Tourn. inst.* 426.

Ковалерски спорh *Russ.*

Habitat in agris inter segetes.

Aconitvm (*lycoctonum*) foliis palmatis multifidis villosis. *Linn. Spec pl.* 532. *n.* 1. *Suec.* 476.

Aconitum foliis peltatis multifidis hispidis, petalo supremo cylindraceo. *Linn. Lapp.* 221. *Cliff.* 213. *Hall. helv.* 312.

Aconitum foliis peltatis multifidis, supremo petalo cylindraceo, floribus pallide purpureis. *Gmel. sib. Mss.*

Волчьи ягоды *siue* волчей корень *Russ.*

Ad fl. Wolchov supra Thertouo.

Nostra planta, uti et Linnaeana, corollis est e cinereo coerulescentibus.

HEXAGYNIA.

Stratiotes (*Aloides*) foliis ensiformi-triangulis ciliato-aculeatis. *Linn. Spec. pl.* 535. *n.* 1. *Suec.* 479.

Stratio-

Stratiotes. *Linn. Lapp.* 222. *Cliff.* 221. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 2

Aloe ſiue Aizoon paluſtre. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 787. *cum icone bona.*

Мудорезъ большой *Ruſſ.*

In aquis ſtagnantibus paſſim.

Floret Iunio.

POLYGYNIA.

Anemone (*Hepatica*) foliis trilobis integerrimus. *Linn. Spec. pl.* 538. *n.* 1. *Succ* 480.

Hepatica. *Linn. Cliff.* 223. *Vpſ.* 155. *mat. med.* 277.

Hepatica flore ſimplici coeruleo. *Rupp. ien.* 127.

Трилистникъ чистой *Ruſſ.*

Creſcit in ſyluis, et ſub finem Aprilis floret.

Anemone (*Pulſatilla*) pedunculo inuolucrato, petalis rectis, foliis bipinnatis. *Linn. Spec. pl.* 539. *n.* 5. *Succ.* 481.

Anemone tubis caudatis, foliis omnibus duplicato-pinnatis, pinnulis remotis, albo flore. *Hall. helv.* 331.

Pulſatilla foliis decompoſitis pinnatis, flore nutante, limbo recto. *Linn. Cliff.* 223. *mat. med.* 276.

Простръвъ *ſiue* Вѣтреница *Ruſſ.*

Ad oſtium Narvae fluuii in pineto locis aridis copioſe prouenit.

ANEMONE (*nemoroſa*) ſeminibus acutis, foliolis inciſis, caule vnifloro. *Linn. Cliff* 225. *mat. med.* 275. *Spec. pl.* 541. *n.* 15. *Suec.* 485.

Anemone nemoroſa, flore maiore. *Bauh. pin.* 176.

Anemonoides flore albo. *Boerh. lugdb.* 1. *p* 36.

Вѣтреница *Ruſſ.*

Nihil frequentius in ſyluis inſulae cui a Baſilio nomen eſt, ſed nec aliis in locis hoſpes.

ANEMONE (*Ranunculoides*) ſeminibus acutis, foliolis inciſis, petalis ſubrotundis, caule ſubbifloro. *Linn. Spec. pl.* 541. *n.* 17. *Cliff.* 125. *Suec.* 486.

Ranunculus phragmites luteus nemoroſus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 413.

In ſylua inſulae a Baſilio nomen habentis circa fl. Tſchornaia ad officinam ferrariam Aſtrachanenſis legionis inter innumeras plantas praecedentis ſpeciei vnicum tantum ſpecimen inueni. Sub finem Aprilis floruit.

Obſ. Petala in noſtra duo emarginata erant.

THALICTRVM (*anguſtifolium*) foliolis lanceolato-linearibus integerrimis. *Linn. Cliff.* 226. *pl. hybrid.* 28. *Spec. pl.* 546. *n.* 9. *Hall. helv.* 308.

Thalictrum pratenſe, anguſtiſſimo folio. *Bauh. pin.* 337. *prodr.* 146. *t.* 146.

In ripis vmbroſis Neuae fl. circa Catharinenhof, vt et in inſula, cui a rotunditate nomen eſt, non infrequens occurrit.

Foliola

Foliola in noſtro, praeſertim imparia, ſaepiſſime trifida ſunt.

THALICTRVM (*flauum*) caule folioſo ſulcato, panicula multipliciter erecta. *Linn. Spec. pl.* 545. *n.* 10. *Cliff.* 226. *Suec.* 488. *Hall. helv.* 308.
Thalictrum nigrius, caule et ſemine ſtriato. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 487.
Habitat cum praecedente.

THALICTRVM (*aquilegifolium*) fructibus pendulis triangularibus rectis, caule tereti. *Linn. Spec. pl.* 547. *n.* 12. *Suec.* 487.
Thalictrum ſeminibus triangularibus pendulis, ſtipulis ad diuiſiones petiolorum. *Linn. Cliff.* 226. *Hall. helv.* 309.
Thalictrum maius, folliculis anguloſis, caule leui. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 487.
Золотуха трава *ſiue* Заспаиса *ſiue* Луговая руша *Ruſſ.*
Vnicum huius exemplar in ripa umbroſa Neuae non procul a Catharinenhof inueni, quod ſtaminibus purpureis et antheris luteis erat, et pauca exemplaria ad fl. Wolchow una cum Aconito legi.

RANVNCVLVS (*Flammula*) foliis ouato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. *Linn. Cliff.* 228. *Spec. pl.* 548. *n.* 1. *Suec.* 494. *Hall. helv.* 322.
Ranunculus longifolius paluſtris minor. *Baub. pin.* 180.
In uliginoſis frequens eſt.

RANVNCVLVS (*reptans*) foliis linearibus, caule repente. *Linn. Lapp.* 236. *t.* 3. *f.* 5. *Spec. pl.* 549. *n.* 2. *Suec.* 495.

Ranunculus repens, gramineis foliis, e singulis geniculis radices agens. *Amm. ruth.* 80. *t.* 13. *f.* 1.

Ranunculus flammeus minimus, spergulae folio. *Buxb. cent.* 4. *p.* 48. *app. t. n.* 42.

In ripis arenosis Neuae fl. quae aquis saepe inundari solent, frequens occurrit.

RANVNCVLVS (*Lingua*) foliis lanceolatis, caule erecto. *Linn. Cliff.* 228. *Spec. pl.* 549. *n.* 3. *Suec.* 493.

Ranunculus longifolius palustris maior. *Bauh. pin.* 34

Habitat in aquis stagnantibus insulae pharmaceuticae [*et circa Slauenkam.*]

RANVNCVLVS (*Ficaria*) foliis cordatis angulatis petiolatis. *Linn. Cliff.* 228. *mat. med.* 274. *Spec pl.* 550. *n.* 9. *Suec.* 496.

Chelidonium minus. *Dod. pempt.* 49.

Чистякъ меньшой *Ruff.*

In locis uliginosis passim.

Florere incipit sub initium Maii.

Petala saepissime decem ellyptica inaequalia patentissima. Folia plerumque cordato-oblonga, rarissime et obtuse crenata. Caulinum superius aliquando semiquinquefidum. Caulis saepe erectus, aut parum inclinatus.

RANVN-

RANVNCVLVS (*auricomus*) foliis radicalibus reniformibus crenatis incisis, caulinis digitatis linearibus, caule multifloro. *Linn. Spec. pl.* 551. *n.* 13. *Clif.* 229. *Suec.* 498. *Hall. helv.* 327.

Ranunculus rotundifolius vernus syluaticus. *Bauh. hist.* 3. *p.* 857.

In pratis et syluis passim.

Folia digitata, situ inferiora saepissime dentata, summa integerrima sunt. Petala colore nonnumquam vix a calyce differunt. Nectarium in hac specie porus est.

RANVNCVLVS (*sceleratus*) foliis inferioribus palmatis, summis digitatis, fructibus oblongis. *Linn. Spec. pl.* 551. *n.* 15. *Suec.* 499.

Ranunculus palustris apii folio, laeui. *Bauh. pin.* 180.

Nihil vulgatius in humidis et uliginosis.

RANVNCVLVS (*repens*) calycibus patulis, pedunculis sulcatis, stolonibus repentibus, foliis compositis. *Linn. Spec. pl.* 554. *n.* 26. *Suec.* 505.

Ranunculus pratensis repens hirsutus. *Bauh. pin.* 179.

Passim ad canales, in hortis etiam oleraceis frequens.

RANVNCVLVS (*acris*) calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis: sum-

mis linearibus. *Linn. Spec. pl.* 554. *n.* 28. *Suec.* 507.

Ranunculus pratenſis erectus acris. *Bauh. pin.* 178. *Linn. Lapp.* 228.

In ſyluis vbique vulgaris planta eſt. Ad canales etiam non infrequens.

Si *loca pinguiora ſunt, foliolis admodum latis et magis hirſutis occurrit.*

RANVNCVLVS (*aquatiiis*) foliis ſubmerſis capillaceis, emerſis ſubpeltatis. *Linn. Spec. pl.* 556. *n.* 37. *Suec.* 509.

α. Ranunculus foliis inferioribus capillaceis, ſuperioribus peltatis. *Linn. Lapp.* 234. *Hall. helv.* 328.

Ranunculus aquatilis albus tenuifolius. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 781.

β. Ranunculus foliis omnibus capillaceis circumſcriptione rotundis. *Linn. Cliff.* 232. *Hall. helv.* 328.

Millefolium aquaticum cornutum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 784.

γ. Ranunculus foliis omnibus capillaceis circumſcriptione oblongis. *Roy. lugdb.* 492. *Hall. helv.* 329.

Ranunculo 1. Polyanthemo aquatili albo affine millefolium marotriphyllon fluitans. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 782. *cum icone bona.*

α. et β. *In ramis minoribus Neuae fl. frequens.* γ. *frequens in paludibus e regione Schliſſelburgi reperiundis.*

TROL-

Trollius (*europaeus*) corollis conniventibus, nectariis longitudine ſtaminum. *Linn. Spec. pl.* 556. *n.* 1. *Suec.* 510.

Helleborus foliis angulatis multifidis, flore globoſo. *Linn Cliff.* 227.

Ranunculus flore globoſo, quibuſdam Trollius flos. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 419.

In betuletis et paſſim et magna copia, praeſertim Schluſſelburgum verſus, et circa Dubki.

Caltha (*paluſtris*) *Linn. Lapp.* 227. *Cliff.* 228. *Spec. pl.* 558. *Suec.* 511.

Caltha paluſtris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 470.

Populago maior. *Tourn. inſt.* 273. *Tabern. ic.* 750.

Paſſim in locis uliginoſis.

CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA.

GYMNOSPERMIA.

Betonica (*officinalis*) ſpica interrupta, corollarum lacinia intermedia labii inferioris emarginata. *Linn. Spec. pl.* 573. *n.* 1. *Suec.* 515. *Vpſ.* 164. *mat. med.* 304.

Betonica vulgaris purpurea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 301.

Буквица черная *Ruſſ.*

In ſyluis ad fl. Wolchow et Lugam vulgaris planta eſt.

MENTHA (*aquatica*) floribus capitatis, foliis ouatis ſerratis petiolatis, ſtaminibus corolla longioribus. *Linn. Spec. pl.* 576. *n.* 3. *Suec.* 517.

Mentha aquatica, ſeu Siſymbrium hirſutius. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 224.

In locis humidioribus paſſim.

MENTHA (*aruenſis*) floribus verticillatis, foliis ouatis acute ſerratis, ſtaminibus corollam aequantibus. *Linn. Spec. pl.* 577. *n.* 6. *Suec.* 516.

Mentha aruenſis verticillata hirſuta. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 217.

Мята *Ruſſ.*

Paſſim in pratis, praeſertim circa ſegetes et hortos olitoreos.

GLECOMA (*hederacea*) foliis reniformibus crenatis. *Linn. Spec. pl.* 578. *n.* 1. *Cliff.* 307. *Suec.* 518. *mat. med.* 303.

Hedera terreſtris vulgaris. *Bauh. pin.* 306.

Бударa *ſiue* конобые мудышки *i. e. Teſticuli cati Ruſſ.*

Paſſim in ſyluis, nullibi tamen maiori in copia, quam in pomario corporis equeſtris.

Floret ſub finem Maii.

Labium

Labium ſuperius erectum, lateribus reflexis, interius in fauce barbatum, pilis ſcil. albis hirtum. Folia inferiora ſaepius reniformia, ſuperiora cordata.

LAMIVM (*purpureum*) foliis cordatis obtuſis petiolatis. *Linn. Cliff.* 314. *Spec. pl.* 579. *n.* 2. *Suec.* 521.

Lamium purpureum foetidum, folio ſubrotundo, ſeu Galeopſis dioſcoridi. *Bauh. pin.* 230.

Куричья слѣпота *ſive* Волшебная крапива *Ruſſ.*

Paſſim in hortis et inter ſegetes.

[*Prius nomen ruſſicum idem ſonat ac gallinarum excoecatio, quia vulgus credit gallinas hanc herbam comedentes inde excoecari; poſterius nomen urticam auguralem denotat.*]

GALEOPSIS (*Ladanum*) internodiis caulinis aequalibus, verticillis omnibus remotis. *Linn. Spec. pl.* 579. *n.* 1. *Suec.* 524.

Galeopſis ramis ſummis pubeſcentibus. *Linn. Cliff.* 314.

Galeopſis patula ſegetum, flore purpuraſcente. *Tournef. inſt* 188

Circa Duderhoff frequentiſſima planta eſt.

GALEOPSIS (*Tetrahit*) internodiis ſuperne incraſſatis, verticillis ſummis ſubcontiguis. *Linn. Spec. pl* 579. *n.* 2. *Suec.* 523.

Galeopſis ramis ſummis ſtrigoſis. *Linn. Cliff.* 314.

α. Galeopſis foliis et fulcrato caule hiſpidis, flore duplo calyce longiore. *Hall. helv.* 644.

Canna-

Cannabis ſylueſtris, quorundam vrticae inerti affinis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 854.

β. Galeopſis foliis et fulcrato caule hiſpidis, flore calyce quadruplo longiore bicolore. *Hall. helv.* 644.

Galeopſis corolla flaua, labio inferiore maculato. *Linn. Lapp.* 139.

Lamium annuum procerius vrticae folio, flore luteo amplo, labio purpureo. *Moriſ hiſt.* 3. *p.* 386.

Разноцвѣтная кропива *ſiue* Петушьи головки *Ruſſ.*

α. *Circa pagos et ſegetes frequens.* β *paſſim inter ſegetes.*

Galeopsis foliis ouato-lanceolatis molliſſimis et tomentoſis. *Hall. helv.* 645.

Lamium annuum medium, vrticae anguſtioris folio, flore ochroleuco. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 386.

Nusquam praeterquam circa Dulki obuia.

Stachys (*ſyluatica*) verticillis ſexfloris, foliis cordatis petiolatis. *Linn. Spec. pl.* 580. *n.* 1. *Succ.* 526.

Galeopſis procerior foetida ſpicata. *Tourn. inſt.* 185.

Circa fl. Narowam ſupra cataractas frequens eſt; rarior ad fl. Wolchow.

Stachys (*paluſtris*) verticillis ſexfloris, foliis lineari-lanceolatis ſemiamplexicaulibus. *Linn. Spec. pl.* 580. *n.* 2. *Succ.* 528.

Gale-

Galeopſis paluſtris, folio betonicae, flore variegato. *Tourn. inſt.* 185.
Paſſim inter ſegetes et ad ripas locis humidis.
Floret ſub finem Iunii.

Leonurus (*Cardiaca*) foliis caulinis lanceolato-trilobis. *Linn. Cliff.* 330. *mat. med.* 308. *Spec. pl.* 584. *n.* 1. *Suec.* 532.
Cardiaca. *Fuchſ. hiſt.* 395. *Lob. ic.* 516.
Ad ductum aquarum Ladogenſem et ad Wolchow fl. in agris et ripis paſſim.

Origanum (*vulgare*) ſpicis ſubrotundis paniculatis conglomeratis, bracteis calyce longioribus ouatis. *Linn. Spec. pl.* 590. *n.* 7. *Suec.* 534.
Origanum ſylueſtre. *Bauh. pin.* 223.
Душица *Ruſſ.*
In ripis editis Wolchow fl. et Neuae [*vt et in ſyluis prope Lugam.*] *Saepe etiam in agris deſertis occurrit.*

Thymus (*Serpyllum*) floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtuſis baſi ciliatis. *Linn. Spec. pl.* 590. *n.* 1. *Suec.* 535. *mat. med.* 282.
Serpyllum vulgare minus. *Bauh. pin.* 220.
Богородская трава *Ruſſ.*
In locis arenoſis ſterilibus, in ſuperiori regione Neuae fl. tanta in copia creſcit, vt ripae eius editiores et praeruptae pene ex toto hac planta veſtiantur.
Floret Iulio.

Thy-

THYMVS (*Acinos*) floribus verticillatis, pedunculis vnifloris, caulibus erectis ſubramoſis, foliis acutis ſerratis. *Linn. Spec. pl.* 591. *n.* 4. *Suec.* 536.

Acinos multis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 295.

In locis arenoſis editioribus, circa Strelna, et in ſuperiore regione Neuae fl. paſſim.

SCVTELLARIA (*galericulata*) foliis cordato-lanceolatis crenatis, floribus axillaribus. *Linn. Spec. pl.* 599. *n.* 4. *Suec.* 538.

Caſſida paluſtris vulgatior, flore caeruleo. *Tourn. inſt.* 182.

α Eadem floribus candidis.

In ſyluis humidioribus paſſim. Varietas α. in ſylua ſuperiorum regionum Neuae fl. 30. *circiter leucis Petropoli.*

PRVNELLA (*vulgaris*) foliis ouato-oblongis petiolatis. *Linn. Spec. pl.* 600. *n.* 1. *Suec.* 540.

Brunella bracteis cordatis. *Linn. Cliff.* 315. *mat. med.* 309.

Prunella fiore minore vulgaris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 478.

Ad ductus aquarum, et in pratis non admodum laetis, vulgaris planta eſt.

ANGIOSPERMIA.

RHINANTHVS (*Criſta galli*) corollarum labio ſuperiore compreſſo breuiore. *Linn. Spec. pl.* 603. *n.* 3. *Lapp.* 248. *Cliff.* 325.

Pedi-

Pedicularis pratenſis lutea ſiue Criſta galli. *Baub. pin.* 163.
In pratis frequens.

Eʏphrasia (*officinalis*) foliis ouatis argute dentatis. *Linn Lapp.* 247. *Cliff.* 325. *mat. med.* 315. *Spec. pl.* 604. *n.* 2 *Suec.* 543. *Hall. helv.* 628.
Euphraſia officinarum. *Baub. pin.* 233.
О ная помочь *Ruſſ.*
In nemoriſis circa Catharinenhof; ſed nec alibi hoſpes eſt, quanquam rarior.

Eʏphrasia (*Odontites*) foliis linearibus: omnibus ſerratis. *Linn Spec pl.* 604. *n.* 4. *Suec.* 544.
Odontites foliis inter flores ſerratis. *Hall. helv* 627.
Euphraſia parua purpurea. *Baub hiſt.* 3. *p* 433.
In pratis paſſim; nullibi vero maiori in copia, quam in ſeptentrionali Neuae fl. regione 30 *circiter leucas ſupra Petropolin.*

Melampyrvm (*nemoroſum*) bracteis cordato-lanceolatis: ſummis coloratis ſterilibus, calycibus lanatis. *Linn. Spec.* 605. *n.* 3 *Suec* 547.
Melampyro affinis Parietaria caerulea quorundam. *Baub. hiſt* 3. *p.* 440.
Иванъ да Марья *Ruſſ.*
In pratis et nemoribus, praeſertim inſulae pharmacopaeorum, et circa Catharinenhoff frequentiſſima planta eſt.
Folia ſuperiora cordato-lanceolata ciliata, ſupra glabra, infra cum calycibus biſpida. Caulis

hirſutus, plerumque ſimplex, ſaepe etiam ramoſus eſt.

Flores aurantii aut lutei, cum tubo nonnunquam aut labio inferiore fere ſpadiceo. Margo labii ſuperioris piloſus.

MELAMPYRUM (*pratenſe*) florum coniugationibus remotis, corollis clauſis. *Linn. Spec. pl.* 605. *n.* 4. *Suec.* 548.

Melampyrum luteum latifolium. *Bauh. pin.* 243.

Paſſim in ſyluis.

* LATHRAEA (*Squamaria*) caule ſimpliciſſimo, corollis pendulis: labio inferiore trifido. *Linn. Suec.* 550. *Spec. pl.* 606. *n.* 4.

Squamaria. *Riv. mon.* 89.

Orobanche, radice dentata, maior. *Bauh. pin.* 88.

Orobanche radice dentata altius radicata, foliis et floribus albo purpureis. *Mentz. pug. t.* 3. *f.* 3. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 503. *ſ.* 12. *t.* 16. *f.* 14.

Πεμπουϐ κρεcπϐ *Ruſſis.*

Habitat in montoſis Daderbuii ſat frequens, ibique cum Cypripedio Calceolo menſe Maio floret.

PEDICVLARIS (*paluſtris*) caule ramoſo, calycibus calloſo-punctatis, corollis labio obliquis. *Linn. mat. med.* 314. *Spec. pl.* 607. *n.* 1. *Suec.* 551.

Pedicularis paluſtris rubra elatior. *Tourn. inſt.* 173.

Vbiuis in paluſtribus.

PEDICVLARIS (*Sceptrum carolinum*) caule ſimplici, floribus terno-verticillatis, corollis clauſis, caly-

calycibus crenatis, capsulis regularibus. *Linn. Spec. pl.* 608. *n.* 4. *Suec.* 553.

Scrophularia carolinum. *Rudb. it.* 1. *p.* 1. *Linn. Lapp.* 243. *t.* 4. *f.* 4. *Cliff.* 326.

α Eadem caule ab imo ad summum ramoso.

Nascitur in sylvis humidis superiorum regionum Nevae fl. perquam copiose et sub finem Iulii floret.

Folia ad inferius geniculum caulis constanter terna, ad superiora bina. In varietate rami caulis nonnunquam fastigium attingunt.

ANTIRRHINUM (*Linaria*) foliis lanceolato-linearibus, confertis, caule erecto, spicis terminalibus sessilibus, floribus imbricatis *Linn. mat. med.* 313. *Spec. pl.* 616. *n.* 21. *Suec.* 557.

Linaria vulgaris lutea, flore maiore. *Bauh. pin.* 212.

Дикой ленъ *Ruff.*

Ad agrorum margines, imo inter ipsos segetes frequens occurrit.

α. Eadem monstrosa, floribus summis naturalibus, inferioribus degeneribus.

Peloria. *Linn. amoen. acad.* 1. *p.* 280.

SCROPHULARIA (*nodosa*) foliis cordatis, basi transuersis, caule octangulo. *Linn. Spec. pl.* 619. *n.* 2 *Suec.* 560.

Scrophularia foliis cordatis, racemo terminali. *Linn Cliff* 322 *mat. med* 310.

Scrophularia nodosa foetida *Bauh pin.* 235.

Норичникъ *siue* Собачья голова *Ruff.*

In sylvis, plerumque autem ad ruderа domorum crescit.

Linnaea (*borealis*) floribus geminatis. *Linn. Lapp.* 250. *t.* 12. *f.* 4. *Cliff.* 320. *mat. med.* 277. *Spec. pl.* 631. *Suec.* 562. *t.* 1. *Hall. helv.* 608.

Serpyllifolia. *Buxb. act. petrop.* 2. *p.* 346. *t.* 21.

Valerianella nemorosa repens, foliis vitis ideae minoribus, flore subrubente, semine vmbilicato oblongo. *Amm. ruth.* 19.

Obolaria. *Siegesb. petr.* 79.

Ad radices arborum et in colliculis muscosis nihil frequentius hac planta, praesertim in insula, cui a Basilio nomen est.

Limosella (*aquatica*) *Linn. Lapp.* 249. *Suec.* 563. *Spec. pl.* 631. *Hall. helv.* 609.

Plantaginella palustris. *Bauh. pin.* 190. *Morif. hist.* 3. *p.* 605. *f.* 15. *t.* 2. *f.* 1. *optima.*

Ad ripas fl. Sistae magna copia crescit.

Orobanche (*maior*) caule simplicissimo pubescente, staminibus inclusis. *Linn. Spec. pl.* 632. *n.* 2. *Suec.* 561.

Orobanche caule simplicissimo. *Linn. Cliff.* 321.

Orobanche magna purpurea monspessulana. *Bauh. hist.* 2. *p.* 782.

In montosis Dudrhouii.

CLASSIS

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

SILICVLOSA.

MYAGRVM (*paniculatum*) siliculis globosis compressis punctato-rugosis. *Linn. Spec. pl.* 641. *n.* 7. *Cliff.* 328. *Suec.* 565. *Hall. helv.* 536.

Myagro adfinis herba, capitulis rotundis. *Buxb. hist.* 2. *p.* 895. *cum bona icone.*

Ad palatia in ripa Neuae fl. exstructa passim, et ad ductum aquarum Ladogensem frequens est.

SVBVLARIA (*aquatica*) *Linn. Lapp.* 253. *Spec. pl.* 642. *Suec.* 566.

Iuncifolia sub aquis nascens, cochleariae capsulis. *Rai. syn.* 2. *p.* 281.

Alyssum palustre, folio iunci. *Buxb. act. petrop.* 2 *p.* 369. *t.* 23. *f.* 1. *absque floribus.*

In ripis humidis et uliginosis Neuae fl. passim copioseque prouenit.

Varia occurrit altitudine, nunquam tamen $2\frac{1}{2}$ *poll. altior.*

Caules tenuissimi nudi, foliis radicalibus pene breuiores, saepissime ramosi.

Flores tetrapetali albi, calyce tetraphyllo conniuente corolla breuiore comprehensi. Stamina tamen quatuor germini adpressa vidi; duo minora, prae exiguitate absque dubio, ne microscopio quidem discernere potui. Ill. tamen Linnaeus videtur

omnia ſex vidiſſe, cum in Flora Suec. ſtamina huius plantae minora denticulis cauere ſcribat. Stylus *nullus.* Siliculae *pro habitu plantae ſat magnae, oblongae, biloculares, bivalues diſſepimento, vt Linnaeus obſeruauit, valuis oppoſito, ſeminibus non multis foetae.*

Draba (*verna*) caulibus nudis, foliis ſubdentatis, petalis bipartitis. *Linn. Suec.* 567. *Spec. pl.* 642. *n.* 2.

Burſa paſtoris minima, oblongis ſiliquis, verna, loculo oblongo *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 917.

Habitat paſſim locis ſterilibus.

Floret menſe Aprili.

Folia habet omnia integra; caeterum hirſutiſſima planta eſt.

Lepidium (*ruderale*) floribus diandris apetalis, foliis radicalibus dentato-pinnatis; ramiferis linearibus integerrimis. *Linn Spec. pl.* 645. *n.* 10 *Suec.* 572. *Cliff.* 331.

Naſturtium ſylueſtre, ofyridis folio. *Bauh. pin.* 105.

Thlaſpi anguſtifolium ſuchſii ſ. Naſturtium ſylueſtre *Bauh hiſt.* 2. *p.* 914. *cum icone bona, ſi folia inferiora laciniata adeſſent.*

Дикой кресъ *Ruſſ.*

Circa palatia, quae olim ad Munichium ſpectabant, cum Burſa paſtoris copioſiſſime creſcit, praeterea obſeruaui nusquam.

Folia laciniata nonnunquam plus quam dimidios caules inueſtiunt, quae tamen facile decidua ſunt.

Thlas-

THLASPI (*arvense*) siliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris. *Linn. Lapp.* 251. *Cliff.* 330. *mat. med.* 323. *Spec. pl.* 646. *n.* 2. *Suec.* 574.
Thlaspi arvense, siliquis latis. *Bauh. pin.* 105.
Passim inter segetes.

THLASPI (*Bursa pastoris*) siliculis obcordatis, foliis radicalibus pinnatifidis. *Linn. Spec. pl.* 647. *n.* 9. *Suec.* 576.
Bursa pastoris. *Bauh. hist.* 2. *p.* 936.
Еловъ глазъ *hoc* Пастушьи сумки *sive* Капелекъ *Ruff.*

α Foliis omnibus pinnatifidis.

β. Foliis caulinis et radicalibus omnibus fere integris.

γ. Foliis radicalibus pinnatifidis, caulinis integris dentatis, amplexicaulibus.

Cum omnibus varietatibus circa domos et sepes vulgatissima planta est.

ALYSSVM (*incanum*) caule erecto, foliis lanceolatis incanis integerrimis, floribus corymbosis. *Linn Cliff.* 332. *Spec pl.* 650. *n* 5. *Suec.* 582.
Thlaspi capsulis oblongis incanum. *Bauh. hist.* 2. *p.* 929.
Circa Novogrodium in aruis.

LVNARIA (*rediuiua*) siliculis oblongis. *Linn. Spec. pl.* 653. *n.* 1.
Lunaria foliis cordatis. *Linn. Cliff.* 333.

Lunaria maior, ſiliqua longiore. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 882.

Ad Lugam fl. inter pagos Kwouitza et Nouaia in ſyluis magna copia occurrit.

SILIQVOSA.

CARDAMINE (*pratenſis*) foliis pinnatis: foliolis radicalibus ſubrotundis; caulinis lanceolatis. *Linn. Spec. pl.* 656. *n.* 11. *Suec.* 585.

Cardamine pratenſis, magno flore purpuraſcente. *Tourn. inſt.* 224.

α Eadem flore albo.

In locis humidis nihil hac planta frequentius eſt.

Floret ſub medium Maii.

Foliola radicalium foliorum ſaepius alterna, caulinorum oppoſita ſunt. Quae folia ſuperiorem ſitum obtinent, eo foliola longiora ſunt, ita vt ſummorum foliorum laciniae omnium longiſſimae euadant. Folia radicalia et caulina inferiora foliolis conſtant plerumque anguloſis aut ſaltim dentatis, reliqua integerrima. Vngues petalorum ſinguli ſingulis dentibus auĕti ſunt, duo oppoſita dentes habent ex parte, quae eſt iuxta motum ſolis, reliqua duo ex parte, quae contra motum ſolis eſt.

CARDAMINE (*amara*) foliis pinnatis, axillis ſtoloniferis. *Linn. Spec. pl.* 656. *n.* 12. *Suec.* 586.

Cardamine foliis pinnatis, foliolis ſubrotundis anguloſis. *Hall. helv.* 558.

Naſtur-

Naſturtium aquaticum maius et amarum. *Baub. pin.* 104.

Boob-peeh *Ruſſ ex germanico deſumtum*

Paſſim ad ductus aquarum et in ipſis aquis.

Floret vna cum priori ſpecie.

Obſ. Dentes ad vngues petalorum aut nulli ſunt, aut vix in ſenſum cadentes. Folia omnia ſunt vniformia. Foliola decidua.

* Sisymbrivm (*Naſturtium aquaticum*) ſiliquis declinatis, foliis pinnati : foliolis ſubcordatis. *Linn. Spec. pl. 656. n.* 1. *Suec.* 592.

Naſturtium aquaticum ſupinum. *Baub. pin.* 104.

Ad riuulos paſſim.

Sisymbrivm (*ſylueſtre*) ſiliquis declinatis, foliis pinnatis: foliolis lanceolatis ſerratis. *Linn. Spec. pl.* 657. *n.* 2. *Suec.* 594.

Eruca ſylueſtris ſ. paluſtris minor procumbens et repens, luteo paruoque flore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 231. *ſ.* 3. *t.* 6. *f.* 17.

In paluſtribus paſſim.

Sisymbrivm (*amphibium*) ſiliquis declinatis oblongo-ouatis, foliis pinnatifidis ſerratis. *Linn. Spec. pl.* 657. *n.* 3. *Suec.* 593.

α. Siſymbrium foliis ſimplicibus dentatis ſerratis. *Linn. Cliff.* 336. *Hall. helv.* 648.

Raphanus aquaticus rapiſtri folio. *Baub. pin.* 97.

β. Siſymbrium foliis imis integris ouatis ſerratis, ſuperioribus pinnatis. *Hall. helv.* 548.

Sisymbrium aquaticum. *Tab. hist. p.* 108.

α. *In fl. Wolchow vltra cataractas in ripis et aquis lente fluentibus admiranda copia crescit.* β. *ad pagum* Sapolie *in paludosis.*

Vtramque speciem Ill. Haltero praeeunte pro vna eademque habeo; licet vbi vna varietas crescit, non nascatur altera. Habitus enim vtriusque foliis exceptis, flores, fructus, sapor et odor paene vt ouum cui similia sunt.

Sisymbrium (*Sophia*) petalis calyce minoribus, foliis decomposito-pinnatis. *Linn mat. med.* 332. *Spec. pl.* 659. *n.* 11. *Succ.* 595.

Seriphium germanicum s. Sophia quibusdam. *Bauh. hist.* 2. *p.* 886.

Circa palatia ad ripam Neuae fl. exstructa frequens est.

Erysimum (*officinale*) siliquis spicae adpressis. *Linn. Spec. pl.* 660. *n.* 1. *Cliff.* 337. *Succ.* 598. *mat. med.* 333.

Erysimum tragi, flosculis luteis iuxta muros proveniens. *Bauh. hist. p.* 863.

Горчица полевая *Russ.*

In paludosis Sisymbrio syluestri comes, sed rarius eo est.

Erysimum (*Barbarea*) foliis lyratis: extimo subrotundo. *Linn. Spec. pl.* 660. *n.* 2. *Succ.* 599.

Barbarea. *Bauh hist.* 2. *p.* 868.

Circa loca vda non admodum rara est

Siliquae

Siliquae in noſtra planta vncia longiores ſunt, euidenter tetragonae, duabus lateribus obſoletis.

Erysimvm (*Cheiranthoides*) foliis integris lanceolatis. *Linn. Lapp.* 263. *Cliff.* 337. *Spec. pl.* 661. *n.* 4. *Suec.* 601.

Siſymbrium foliis integris oblongis ſubaſperis. *Hall. helv.* 550.

Eruca ſylueſtris anguſtifolia, folio integro, flore luteo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 229. *ſ.* 3. *t.* 5. *f.* 8.

Ad agrorum margines et inter ipſos ſegetes frequenter occurrit.

Arabis (*thaliana*) foliis petiolatis lanceolatis integerrimis. *Linn. vir.* 64. *Spec. pl.* 665. *n.* 3. *Suec.* 605.

Burſae paſtoris ſimilis, ſeu Piloſella ſiliquoſa. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 870. *cum icone bona.*

Creſcit Petropoli in hortis oleraceis, et ſub initium Maii floret.

Turritis (*glabra*) foliis radicalibus dentatis hiſpidis, caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. *Linn. Cliff.* 339. *Spec. pl.* 666. *n.* 1 *Suec.* 606. *Hall. helv.* 560.

Turritis foliis inferioribus cichoraceis, caeteris perfoliatae. *Tourn. inſt.* 224.

In prato ſteriliori non procul a Catharinenhoff.

Brassica (*campeſtris*) radice cauleque tenui, foliis caulinis vnitormibus cordatis ſeſſilibus. *Linn. Cliff.* 339. *Spec. pl.* 666. *n.* 2. *Suec.* 608.

Braſſica

Braſſica campeſtris perfoliata, flore luteo. *Linn. Lapp.* 265.

Inter ſegetes et ad ſepes hortorum oleraceorum non infrequens eſt.

Obſ. Nec hic locorum corolla alba plantam hanc videre contigit.

Brassica (*Napus*) radice cauleſcente fuſiformi. *Linn. Cliff.* 339. *mat. med.* 328. *Spec. pl.* 666. *n.* 3. *Suec.* 609.

Napus ſylueſtris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 843.

Дикая рѣпа *Ruſſ*

Ad ſepes et in agris deſertis, nec non ad rudera ſaepe occurrit.

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA.

DECANDRIA.

Geranivm (*cicutarium*) pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris, foliis pinnatis inciſis obtuſis. *Linn. Spec. pl.* 680. *n.* 21. *Suec.* 625.

Geranium cicutae ſolio minus et ſupinum. *Bauh. pin.* 319.

Circa vias in plateis et pratis ſterilibus frequens eſt.

Geranivm (*paluſtre*) pedunculis biflo.is longiſſimis declinatis, petalis integris, foliis quinquelobis

quelobis inciſis. *Linn. amoen. acad.* 4. *p.* 323. *ſyſt. edit.* 10. *p.* 1143. L.

Geranium batrachioides paluſtre, flore ſanguineo. *Dill. eltb.* 160. *t.* 134.

In ſyluis ſubhumidis et in ripis laetiori prouentu herbarum conſpicuis frequentiſſima planta eſt.

Caules ſaepe proſtrati geniculati, ad genicula tumidi, ramoſi, ad ſingulas diuaricationes duabus auriculis albidis, ex lata baſi in longum mucronem diſſicientibus donati, angulati aut ſulcati.

Folia longiſſime petiolata, circumſcriptione ſubrotunda: ſemiquinquefida, lacinüis ſupra latioribus, varie inciſis, acutis, lateralibus bipartitis, extrema anguſtiori et breuiori.

Pedunculi communes 4 *et* 5 *uncias longi; partiales ſeſquiunciales circiter, ſinguli e ſingulo ligularum anguſtarum pari prodeuntes, ad angulum acutum extant.*

Calyx pentaphyllus, foliolis ouato-lanceolatis inaequalibus, ſtriatis et ſpinula terminatis, anguſtioribus margine albo membranaceo cinctis.

Flos roſeus aut e purpura violaceus, ſaepe etiam ruber cum ſtriis ſaturatioribus, vt et Ill. Hallerus vidit. Petala obuerſe ouata, non raro apice tam obtuſo, vt leuiter emarginata videantur, vngue albo piloſo praedita, admodum caduca.

Stamina erecta corollae fere aequalia, infra alba, ſupra rubentia cum antheris violaceis. Stylus viridis cum ſtigmatibus rubris.

GERANIVM (*pratenſe*) pedunculis biflоris, foliis ſubpeltatis multipartitis rugoſis pinnato-laciniatis acutis integerrimis. *Linn. Cliff.* 394. *Spec. pl.* 681. *n.* 29. *Suec.* 618. *Hall. helv.* 367.

Geranium batrachoides. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 475.

In ſylua circa fluuium Strelnaia frequens eſt.

GERANIVM (*lucidum*) pedunculis biflоris, calycibus pyramidatis angulatis rugoſis, foliis quinquelobis rotundatis. *Linn. Spec. pl.* 682. *n.* 32. *Suec.* 620.

Geranium foliis ſubrotundis ſemiquinquefidis, rariter et longe piloſis. *Hall. helv.* 308.

Geranium lucidum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 481. *cum icone non mala.*

Creſcit circa Nouogrodium.

Obſ. Pilos longos in noſtra planta non obſeruauimus.

POLYANDRIA.

MALVA (*rotundifolia*) caule repente, foliis cordato-orbiculatis obſolete quinquelobis. *Linn. Cliff.* 347. *Suec.* 626. *Spec.* 688. *n.* 8. *Hall. helv.* 363.

Malua ſylueſtris perennis procumbens. flore minore albo, folio rotundo. *Morif. hiſt.* 2. *p.* 521. *ſ.* 5. *t.* 17. *f.* 7. *non bona propter folia minus orbiculata.*

Пооземники *Ruſſ.*

Circa Nouogrodium et ad fl. Lugam.

Pueri truſtulas huius plantae immaturis inter ludendum veſcuntur.

CLAS-

CLASSIS XVII.

DIADELPHIA.

HEXANDRIA.

FUMARIA (*officinalis*) pericarpiis monoſpermis racemoſis, caule diffuſo. *Linn. Spec. pl.* 700. *n.* 7. *Suec.* 630.

Fumaria officinarum et dioſcoridis. *Bauh. pin.* 143.

Ad viam regiam a Strelna Petropolin verſus ducentem, paſſim.

OCTANDRIA.

POLYGALA (*vulgaris*) floribus criſtatis racemoſis, caulibus herbaceis ſimplicibus procumbentibus, foliis lineari-lanceolatis. *Linn. amoen. acad.* 2. *p.* 136. *Spec. pl.* 702. *n.* 2. *Suec.* 632.

Polygala vulgaris. *Bauh. pin.* 215.

Ad ductum aquarum Ladogenſem et per totum tractum ad fl. Lugam frequens eſt.

DECANDRIA.

ANTHYLLIS (*vulneraria*) herbacea, foliis pinnatis inaequalibus, capitulo duplicato. *Linn. Spec. pl.* 719. *n.* 2. *Suec.* 638.

Vulneraria foliis ad terram ſimplicibus ouatis, ad caulem pinnatis. *Hall helv.* 570.

Vulneraria ruſtica, *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 362. *cum icone non mala.*

Circa

Circa oſtium Narouae fl. in pineto. Praeterea vidi nullibi. Credibile tamen eſt, circa littus maris vbiiis ſimilibus locis creſcere.

OROBVS (*vernus*) foliis pinnatis ouatis, ſtipulis ſemiſagittatis integerrimis, caule ſimplici. *Linn. Spec. pl.* 728. *n.* 4. *Suec.* 641.

Orobus ſyluaticus purpureus vernus. *Baub. pin.* 351.

Habitat in montoſis Duderhouii.

LATHYRVS (*pratenſis*) pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis ſimpliciſſimis, foliolis lanceolatis. *Linn. Spec. pl.* 733. *n.* 16. *Suec.* 647.

Lathyrus luteus ſylueſtris dumetorum. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 304.

Habitat frequens in pratis laetioribus.

Floret ſub finem Iunii.

LATHYRVS (*latifolius*) pedunculis multifloris, cirrhis diphyllis: foliolis lanceolatis, internodiis membranaceis. *Linn. Cliff.* 367. *Suec.* 645. *Spec. pl.* 733. *n.* 18. *Vpſ.* 217.

Lathyrus maior latifolius, flore purpureo ſpecioſior. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 303.

Ad fl. Lugam, praeſertim autem in montoſis Duderhouii.

LATHYRVS (*paluſtris*) pedunculis multifloris, cirrhis polyphyllis, ſtipulis lanceolatis. *Linn. Cliff.* 368. *Spec. pl.* 733. *n.* 20. *Suec.* 648.

Lathyrus

Lathyrus peregrinus, foliis viciae, flore subcaeruleo pallidule purpurascente. *Baub. pin.* 344.
Habitat passim in pascuis humilibus Ingriae.

Vicia (*sylvatica*) pedunculis multifloris, foliolis ovalibus, stipulis denticulatis. *Linn. Spec. pl.* 734. *n.* 3. *Suec.* 650.
Viciae pulchrum genus multifolium, Galega quibusdam. *Baub. hist.* 2. *p.* 316.
Ad sepem horti Imperatorii, qui est in Strelna, prope viam regiam, in magna copia crescit.
Vingae in nostra, quibus vexillum et alarum interna superficies distinguatur, magis sunt violaceae quam caeruleae.

Vicia (*Cracca*) pedunculis multifloris, floribus imbricatis, foliolis lanceolatis pubescentibus, stipulis integris. *Linn. Spec. pl.* 735. *n.* 5. *Suec.* 652.
Vicia multiflora perennis ac nemorensis, sive dumetorum. *Baub. hist. p.* 314.
Cracca. *Riu. tetr.* 49.
Inter segetes passim et maxima copia.

Vicia (*sativa*) leguminibus sessilibus subbinatis erectis, foliis retusis, stipulis notatis. *Linn. Spec. pl.* 736. *n.* 10. *Suec.* 654.
α. Vicia vulgaris sylvestris, semine paruo et nigro frugum. *Baub hist.* 2. *p.* 312.
In ripa inter pagos Kasatschia et Ochta.

Vicia (*sepium*) leguminibus pedicellatis subquaternis erectis, foliolis ovatis integerrimis: exteriori-

teriori bus decreſcentibus. *Linn. Spec. pl.* 737. *n.* 15. *Suec.* 651.

Vicia ſepium perennis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 313.

In ſylua ad fl. Strelnava [*et paſſim in vmbroſis ad viam, quae Petropoli Peterhouium tendit.*]

ERVVM (*tetraſpermum*) pedunculis ſubbifloris, ſeminibus globoſis quaternis. *Linn. Spec. pl.* 738. *n.* 2. *Suec.* 655.

Vicia minor ſegetum cum ſiliquis paucis glabris. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 64. *ſ.* 2. *t.* 4. *f.* 16.

Occurrit paſſim, in cultis per totam Ingriam, ſed multo rarius quam Vicia Cracca.

Habitus et figura foliorum cum Vicia Cracca, eadem; ſed vicia illa pene incana eſt; haec ſericea pube nitet: illius pedunculi breues, huius longiſſimi. Siliquae breues latae glabrae cum 4 *aut* 5 *ſeminibus.*

ERVVM (*hirſutum*) pedunculis multifloris, ſeminibus globoſis binis. *Linn Spec. pl.* 738. *n.* 3. *Suec.* 656.

Vicia parua ſ. Cracca minor, cum multis ſiliquis hirſutis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 315.

Habitat cum Vicia ſatiua.

TRIFOLIVM (*M. officinalis*) leguminibus racemoſis nudis diſpermis, caule erecto. *Linn. Spec. pl.* 765. *n.* 4. *Cliff.* 376. *Suec.* 663. *Vpſ* 223. *mat. med.* 355.

Melilotus officinarum germaniae. *Bauh. pin.* 331.

Tri-

Trifolium odoratum, ſeu Melilotus vulgaris, flore luteo. *Baub. hiſt.* 2 *p.* 370.
Дикой хмель *ſive* Грѣча дикая *Ruſſ.*
Ad cataractas fl. Wolchow, praeterea nusquam vidi.

Trifolium (*repens*) capitulis umbellaribus, leguminibus tetraſpermis, caule repente. *Linn. Spec. pl.* 767. *n.* 12. *Suec.* 665.
Trifolium pratenſe album. *Baub. pin.* 327.
Vbiuis in pratis.

Trifolium (*pratenſe*) ſpicis ſubuilloſis, cinctis ſtipulis oppoſitis membranaceis, corollis monopetalis. *Linn. Spec. pl.* 768. *n.* 18. *Suec.* 666.
Trifolium purpureum vulgare. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 371.
Дятлина *Ruſſ.*
In pratis frequens eſt.

Trifolium (*arvenſe*) ſpicis villoſis ovalibus, dentibus calycinis ſetaceis aequalibus. *Linn. Cliff.* 375. *Spec. pl.* 769. *n.* 23. *Suec.* 668.
Lagopus trifolius quorundam. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 377.
Заячьи лапы *Ruſſ.*
Paſſim in agris deſertis.

Trifolium (*montanum*) capitulis terminalibus, corollarum vexillis ſubulatis, caule erecto, foliolis lanceolatis ſerratis. *Linn. Spec. pl.* 770. *n.* 29. *Suec.* 667.
Trifolium montanum album. *Baub. pin.* 328.
Trifolium pratenſe album a fuchſio depictum ſ. mas. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 379.

In insula, cui a Petro nomen est, occurrit ad rudera; occurrit et ad fl. Lugam, sed rarius.

TRIFOLIVM (*agrarium*) spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus nudis, caule erecto. *Linn. Spec. pl.* 772. *n.* 36. *Suec.* 671. *Cliff.* 374.

Trifolium agrarium luteum, capitulo lupuli maius. *Morif. hist.* 2. *p.* 142. *f.* 2. *t.* 13. *f.* 1.

In agris passim occurrit.

TRIFOLIVM (*spadiceum*) spicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis persistentibus, calycibus pilosis, caule erecto. *Linn. Spec. pl* 772. *n.* 37. *Suec.* 672.

Trifolium montanum lupulinum. *Bauh. pin.* 328. *prodr.* 140.

Дикой хмѣль *Ruff.*

Vulgatissima, in insula praesertim pharmacopaeorum planta est, ita vt quaedam prata sola ea vestita esse videantur eminus.

Altitudine pro loci natura admodum variat, campi siccliores vix dodrantalem, syluae vbi rarior inuenitur, dodrantalem producunt, tantae autem altitudinis, vt Ill. Hallerus scribit, nunquam vidi.

Caules erecti, nonnunquam declinati, subhirsuti, dilute virides, creberrimis atropurpureis punctis, aut maculis exiguis picti, ita vt fere rubentes videantur.

Folia alterna pene glabra, omnia petiolata, inferiora, vt in Halleriano, foliolis cordatis, superiora

ra caulibus, semper argute serratis subsessilibus compsita. Auriculae plerumque ridentes acutae.

Spica florum in pedunculo cruciali, vtplurimum cylindrica, nonnunquam ouata saepe etiam globosa est.

Flores parui, persistentes, dense stipati et sessiles sunt.

Calyx lutescens quinquedentatus, dentibus setaceis, duobus superioribus vix petalibus, reliquis sat longis, extremitatem scilicet alarum fere attingentibus, ad oras raris albis pilis ciliatis constat.

Vexillum spadiceum cochlearis instar excauatum erectum apice altissimo, vt pene emarginatum videatur, vngue admodum lato, alas et carinam fere inuoluente, luteo praeditum est. Alae vix dimidia vexilli altitudine, auritae, spadiceae, vngue et auriculis lutescentibus. Carina alis multo breuior supra bipartita; limbo spadicea, caetera lutescens.

Lotvs (*corniculata*) capitulis depressis, caulibus decumbentibus, leguminibus cylindricis patentibus. *Linn. Spec. pl.* 775. *n.* 13. *Suec.* 675.

α. Lotus floribus umbellatis, siliquis pendulis, caule erecto. *Hall. helv.* 372.

Loti corniculatae maior species. *Baub. hist.* 2. *p.* 353.

Iambergi primum vidi, inde inferiora versus fl. Lugae in pascuis vulgaris est planta.

[*Vid. Linn. Suec.* 2. *n.* 675. *Reisen durch Schonen p.* 170. *edit. Lipsi.* 1756.]

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA.

POLYANDRIA.

HYPERICVM (*perforatum*) floribus trigynis, caule ancipiti, foliis obtusis pellucido-punctatis. *Linn. Spec. pl.* 785. *n.* 14. *Suec.* 680.

Hypericum vulgare seu Perforata, caule rotundo, foliis glabris. *Bauh. hist.* 3. *p.* 381.

Зверобой *Russ.*

In insula cui a rotunditate nomen est, frequens. Ad fl. Lugam admodum copiose provenit. [*vt et passim circa Petropolin in agris et syluis reperitur.*]

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA.

POLYGAMIA AEQVALIS.

SCORZONERA (*humilis*) caule subnudo vnifloro, foliis neruosis planis. *Linn. Cliff.* 382. *mat. med.* 371. *Spec. pl.* 790. *n* 1. *Suec.* 685.

Scorzonera latifolia humilis neruosa. *Bauh. pin.* 275. *Morif. hist.* 3. *p.* 82. *f.* 7. *t.* 9. *f.* 4.

In syluis et pratis ad fl. Strelnaia.

Caule,

Caule, quantum mihi videre contigit, semper est uniflo*ro, sesquicubitali, raro cubito humiliori.*

Folia radicalia longe petiolata, lanceolata, aut ex ouato*-lanceolata, una cum petiolis semipedalia et longiora, a dimidio pollice ad duas uncias lata, nervosa, utrinque glaberrima, et margine integerrima. Caulina duo aut tria linear-lanceolata et linearia, petiolata pariter, sarrecta, caulemque petiolo lato amplexantia.*

Flos caulem terminans semper unicus, magnus, luteus.

Calycis squamae ouato-lanceolatae, acuminatae, virides, aut rubro colore tinctae, margine albente membranaceo cinguntur.

PICRIS (*Hieracioides*) perianthiis imbricatis *Linn. Cliff* 387. *Spec. pl.* 792. *n.* 2. *Suec.* 686. *Gmel. Sib.* 2. *p.* 39.

Hieracium asperum, maiori flore, in agrorum limitibus. *Baub. hist.* 2. *p.* 1029.

Prope vicum Sarskoie.

SONCHUS (*oleraceus*) pedunculis tomentosis, calycibus glabris. *Linn. Spec. pl.* 794. *n.* 4. *Suec.* 688.

Sonchus laeuis laciniatus latifolius. *Baub. pin.* 124.

In ruderatis et hortis oleraceis frequens.

SONCHUS (*sibiricus*) pedunculis squamatis, foliis lanceolatis indiuisis sessilibus. *Linn. Vpsal.* 244. *Spec. pl.* 795. *n.* 8. *Suec.* 690.

Sonchus foliis lanceolatis ſeſſilibus plerumque denticulatis, floribus corymboſis, caulibus glabris. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 11. *t.* 3.

Lactuca ſalicis folio ſerrato, flore caeruleo. *Amm. ruth.* 212.

In ſuperiori regione Neuae fl. in vtraque eius ripa, modo ſint loca humida et vmbroſa, frequens eſt. Infra cataractam non occurrit.

Leontodon (*Taraxacum*) calyce inferne reflexo. *Linn. Lapp.* 280. *Cliff.* 386. *Succ.* 693. *mat. med.* 368. *Spec. pl.* 798. *n.* 1. *Gmel ſib.* 2. *p.* 14.

Dens leonis, latiore folio. *Bauh. pin.* 126.

Хасимъ, Попово гумянцо *ſiue* Попова скуфїя *Ruſſ. id eſt Sacerdotis canities. item* Олуванчики *ob pappum ſeminum, qui facile diffletur.*

Vbiuis in pratis.

Leontodon (*hiſpidum*) calyce toto erecto hiſpido, foliis hiſpidis dentatis integerrimis. *Linn. Cliff.* 386. *Spec. pl.* 799. *n.* 6. *Succ.* 694.

Hieracium caule aphyllo hirſutum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1037.

α Idem foliis glaberrimis.

In ſylua prope fl. Strelnaia, et in paſcuis ſuperiorum regionum Neuae fl. frequens eſt.

Varietas glabra in montoſis Duderhouii lecta eſt.

Floret Iulio, et Auguſto ſemina maturat.

Radix breuis pennae olorinae craſſitie, fuſca epidermide obducta, et multis longis craſſiuſculis albidis fibris

filvis ab vtroque latere comata, oblique in terram descendit.

Folia radicalia multa fasciculata, in altioribus speciminibus dodrantalia aut et longiora, ex angusto principio sensim latescentia, sinuato-dentata, in altioribus plantis minus, in humilioribus magis, apice etiam nunc magis nunc minus acuta, vtrinque hispida.

Caules plerumque vnus a pede ad duos pedes altus, tenuis, simplicissimus, nudus, leuiter striatus, ad exortum rubens, caeterum viridis et albis brevibus pilis subhirsutus, sub calyce crassior.

Calyx imbricatus cylindraceus, squamae exteriores angustiores, interiores latiores, omnes lineares fuscae et pilis albidis hirtae sunt.

Flos pro more e semifosculis pene crocei coloris compositus est.

Semina cum longo stipite, pappo plumoso longo helvolo coronata, receptaculo plano punctato inhaerent.

Hieracivm (*Pilosella*) foliis integerrimis ouatis, caule repente, scapo vnifloro. *Linn. Cliff.* 388. *mat. med.* 369. *Spec. pl.* 800. *n.* 5. *Suec.* 697. *Hall. helv.* 742.

Hieracium foliis pilosis ouatis, flagellis reptans. *Krascb.*

Pilosella maiori flore s. vulgaris repens. *Baub. hist.* 3. *p.* 1039. *cum icone bona.*

Мышьи ушки *Russ.*

α. Idem caule brachiato.

Nihil vulgatius in paſcuis et ſyluis rarioribus, praeſertim in inſulis Neuae fl.

Sub multis occurrit varietatibus pro diuerſa natalis loci natura. Sicciora loca plantas humiliores caule vniflora aphyllo, et foliis integerrimis producunt. In pratis laetioribus et locis umbroſis altiores creſcunt, et praeter quod tribus aut quatuor floribus terminalibus onuſtae ſunt, etiam in medio caule aut et inferius alterum ramum minorem foliolo lineari ſuffultum protrudunt.

Flores in omnibus ſulphurei profunde quinquedentati; in radio exterius ſaepe purpuraſcunt, id quod etiam I. Bauh. vidit.

Calyces hiſpidi nigri et tomento albo, per microſcopium diſpiciendo tecti ſunt.

Folia aliquando vtrinque glabra, et non niſi ad oras et in medio nervo pilis raris, longis, candidis veſtita; ſaepe etiam ſupra glabra, infra praeter dictos longiores pilos, alba lanugine quaſi tecta ſunt.

Radix repens albente aut purpuraſcente epidermide, pennam columbinam craſſitie aequat, et validis fibris ad perpendiculum in terram deſcendentibus formata eſt. Sapor eius herbaceus vrens.

* HIERACIVM (*praemorſum*) foliis ouatis ſubdentatis, ſcapo nudo racemoſo, floribus ſuperioribus primoribus. *Linn. Spec. pl.* 801. *n.* 8. *Suec.* 700.

Hieracium foliis longe ouatis tomentoſis, caule nudo floribus ſpicatis luteolis terminato. *Hall. helv.* 744. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 32. *t.* 13. *f* 2.

Hiera-

Hieracium pratenſe latifolium non ſinuatum maius. *Bauh pin.* 129.

Piloſella maior erecta. *Bauh. pin.* 129.

In pratis iuxta viam, quae Petropoli Peterhouium tendit, circa praedium Ill. Comitis de Woronzow.

HIERACIVM (*murorum*) caule ramoſo, foliis radicalibus ouatis dentatis; caulino minore. *Linn. Cliff.* 388. *Spec. pl.* 802. *n.* 15. *Succ.* 701. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 25.

Hieracium foliis ad terram piloſis, acute dentatis, caule brachiato paene nudo. *Hall. helv.* 745.

Piloſella maior quibusdam, aliis Pulmonaria flore luteo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1033.

Habitat paſſim in ſyluis.

HIERACIVM (*paludoſum*) caule paniculato, foliis amplexicaulibus dentatis glabris, calycibus hiſpidis. *Linn. Spec. pl.* 803. *n.* 16. *Succ.* 702.

Hieracium montanum latifolium glabrum minus. *Bauh. pin.* 129. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 69. *ſ.* 7. *t.* 5. *ſ.* 4.7.

In pratis circa Catharinenhof.

Caulis durus fere fruticoſus, in ſummitate tantum ramoſus, infra et ſupra plerumque rubens, in medio pallide virens, cum ſtriis purpuraſcentibus, infra laeuis, ſupra ſtriatus eſt.

Folia radicalia longa ellyptica, cum petiolis alatis, caulina ſemiamplexicaulia, omnia inaequaliter, non tamen profunde dentata, ſaepe ad oras,

imo

imo et in ſuperficie atrorubenti colore conſpurcata.

Flores in ſummo caule et ramis flaui, pro plantae habitu parui, calyce pilis nigris biſpido comprehenduntur.

Floret ſub finem Iunii.

HIERACIVM (*umbellatum*) foliis linearibus ſubdentatis ſparſis, floribus ſubumbellatis. *Linn. Spec pl.* 804. *n.* 26. *Suec.* 704.

Hieracium fruticoſum anguſtifolium maius. *Bauh. pin.* 129

Hieracium rectum rigidum, quibusdam ſabaudum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1030.

Habitat ad ſepes plerumque, etiam in ſyluis ſuperiorum regionum Neuae fl. frequens eſt.

Floret ſub finem Iulii.

Cum foliis glabris nusquam mihi obuenit.

CREPIS (*tectorum*) foliis lanceolatis haſtatis ſeſſilibus laeuibus: inferioribus dentatis. *Linn. Spec. pl.* 807. *n.* 10. *Suec.* 705. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 28.

Hieracium chondrillae folio hirſutum. *Bauh. pin.* 127.

Hieracioides foliis ad terram ſerratis, ad caulem pinnatis, pinnis alterne maioribus, caule pene nudo multifloro. *Hall. helv.* 750.

In montoſis Duderhouii.

Crepis (*biennis*) foliis pinnato-haſtatis ſcabris: baſi ſuperne dentatis, calycibus muricatis. *Linn. Spec. pl.* 807. *n.* 11. *Suec.* 706.

Hieracium multis, aliis Cichorium luteum glabrum vel minus hirſutum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1024.

Hieracioides foliis variis glabris, caule ramoſiſſimo. *Hall. helv.* 751.

α Foliis omnibus fere integris.

β Foliis ſuperioribus integris, inferioribus pinnatifidis et dentatis

Ad vias et in agris inultis frequens eſt.

Floret ſub finem Iunii.

Caulis pedalis, cauus, ſulcatus, ſubaſper, ramoſiſſimus.

Folia radicalia ouata ſinuato-denticulata, breuia, caulina longiſſima, lineari-lanceolata, integerrima, margine reflexa, infra aeque ac caulis ſubaſpera.

Flores lutei in pedunculis longis, ſaepe ramoſis, calyce ſubhirſuto cylindraceo, ſquamis linearibus acutis, ſupra abſcedentibus, compoſito, et multis ligulis acceſſoriis fere ſetaceis, breuibus, inaequalibus nudo, ſubtentantur.

Stamina in cylindrum coalita lutea. Stylus et ſtigma bicorne atro-purpureo colore gaudent.

Semina cylindracea, longis pilis coronata.

Hypochaeris (*maculata*) caule ſubnudo, ramo ſolitario, foliis ouato-oblongis integris dentatis. *Linn. Cliff.* 385. *Spec. pl.* 810. *n.* 4. *Suec.* 708.

Hie-

Hieracium alpeſtre maius, endiuiae foliis longis maculis ferrugineis adſperſis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 64.

Ad fl. Strelnaia, tam in ripis elatioribus, quam in ſyluis, frequentiſſima planta eſt.

Caules nonnunquam duos cubitos altitudine ſuperant. Folia radicalia dodrante longiora, dentata, praeter maculas ferrugineas ſaepe roſeo colore extremitatem verſus maculata ſunt. Flos magnus pene ſulphureus.

HYPOCHAERIS (*radicata*) foliis dentato-ſinuatis ſcabris, caule ramoſo nudo, pedunculis ſquamoſis. *Linn. Spec. pl.* 811. *n.* 6. *Suec.* 709.

Hieracium dentis leonis folio obtuſo, maius. *Bauh. pin.* 127. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 66. *ſ.* 7. *t.* 4. *f.* 27.

In pratis circa Catharinenhof ſub finem Iunii floret.

Folia acuta, ſupra raris albis pilis tecta, infra glabra.

Caules glabri, ſupra brachiati, poſt diuaricationem hirſuti, et ſquama vna aut altera donati, quae aliquando ſub ipſo calyce ſunt, aliquando multo inferius.

LAPSANA (*communis*) calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramoſiſſimis. *Linn. Cliff.* 384. *Vſf.* 246. *Spec. pl.* 811. *n.* 1. *Suec.* 710. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 40.

Lampſana. *Dod. pempt.* 639. *Tourn. inſt.* 479.

Paſſim, praeſertim autem ad rudera domorum.

CICHO-

* CICHORIVM (*Intybus*) caule ſimplici, foliis dentato-ſinuatis. *Linn mat. med.* 373. *Spec. pl.* 813. *n.* 1. *Succ.* 711.
Cichorium ſylueſtre ſ. officinarum. *Bauh. pin.* 126.
Petropoli in prato iuxta hortum Palatii Imperialis aeſtiui.

* ARCTIVM (*Lappa*) foliis cordatis inermibus petiolatis. *Linn. Spec. pl.* 816. *n.* 1. *Succ* 712.
Lappa capitulis et foliorum facie inferiori tomentoſis. *Hall. helv* 675. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 204.
Perſonata altera cum capitulis villoſis. *Bauh. hiſt.* 3. 571.
Репейникъ *ſiue* Лапушникъ *Ruſſ.*
Ad ſepes et in locis ruderatis fere vbiuis.

SERRATVLA (*aruenſis*) foliis dentatis ſpinoſis. *Linn. Spec. pl.* 820. *n.* 14. *Succ.* 713.
Cirſium foliis lanceolatis, imis ſaepe varie inciſis, ſpinoſis, capitulis oblongis mitioribus. *Gmel. ſib.* 2. *p* 56.
Carduus vinearum repens, ſonchi folio. *Bauh. pin.* 377. *prodr.* 156.
Et in ſyluis et ad ripas Neuae fl. praeſertim autem ad ſepes frequens eſt.

CARDVVS (*lanceolatus*) foliis decurrentibus haſtato-pinnatis ſpinoſis; laciniis diuaricatis, calycibus ouatis ſpinoſis villoſis, caule piloſo. *Linn. Spec. pl.* 825. *n.* 3. *Succ.* 716
Carduus lanceolatus ſeu ſylueſtris dodonaei. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 58.

Cirſum

Cirſium foliis ſpinoſis hirſutis pinnatis, pinnis ſemibilobis, capitibus tomentoſis turbinatis pungentibus. *Hall. helv.* 683. *t.* 22. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 66.

Habitat ad ſepes, non raro etiam ad ductus aquarum obſeruatur.

CARDVVS (*criſpus*) foliis ſinuatis decurrentibus: margine ſpinoſis, floſculis aggregatis terminalibus nudis. *Linn. Spec. pl.* 821. *n.* 6. *Suec.* 719.

Carduus caule criſpo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 59.

Paſſim.

Floret ſub finem Iunii.

CARDVVS (*paluſtris*) foliis linearibus dentatis decurrentibus: margine ſpinoſis, floribus racemoſis erectis, pedunculis inermibus. *Linn. Spec. pl.* 822. *n.* 7. *Suec.* 720.

Carduus paluſtris. *Bauh. pin.* 377.

Cirſium foliis pinnatifidis, laciniis linearibus, caule criſpo, capitulis mitibus in vertice congeſtis. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 57. *t.* 23. *f.* 2.

In ſyluis paludoſis non procul a Strelna nihil hac planta vulgatius eſt.

CARDVVS (*heterophyllus*) caule ſubunifloro, calyce inermi acuto, foliis amplexicaulibus lanceolatis ciliatis integris laciniatisque. *Linn. Spec. pl.* 824. *n.* 19. *Suec.* 721.

Cirſium foliis longiſſime lanceolatis ſerratis, ſubtus tomentoſis. *Hall. helv.* 683. *t.* 21.

Cirſium

Cirſium ſingulari capitulo ſquamato, vel incanum alterum. *Baub. pin.* 377.

In ripa fl. Neckr circa Catharinenhof, et et inſula, cui a rotunditate nomen eſt, una cum Cardno crispo non infrequens eſt. Floretque eodem tempore.

Obſ. Ill. Linnaeus recte plantam Cel. Halleri ſuam eſſe ſentit, id quod plantis in noſtro ſolo crescentibus confirmari poteſt. Nam hoc locorum nusquam obſeruaui plantam foliis omnibus integris, ſed ſemper integris et laciniatis: integra radicalia ſunt et caulina ſuperiora, caulina autem inferiora conſtanter laciniata. Si hanc noſtrae plantae ab Halleriana differentiam demas, reliqua ex ipſe utraque habet communia, ita ut ne capitulum quoque alterum, quod Halleriana icon in ala foliali ſeſſile exprimit, deſideretur.

Cnicvs (*oleraceus*) caule erecto, foliis inferioribus laciniatis, ſuperioribus integris concauis. *Linn. Spec. pl.* 826. *n.* 2. *Cliff.* 394. *Suec.* 723

Cirſium inerme, floribus inter flaueſcentia folia congeſtis *Hall. helv.* 679.

Cirſium acanthoides pratenſe, flore ochroleuco. *Vaill. act.* 1718. *p.* 203.

Paſſim in ſyluis ſubhumidis.

Carlina (*vulgaris*) caule multiflore corymboſo, floribus terminalibus. *Linn. Spec. pl.* 828. *n.* 4. *Suec.* 725. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 82.

Carlina ſylueſtris vulgaris. *Clus. hiſt.* 2. *p.* 155. *Tourn. inſt.* 500.

Per totam Ingriam locis ſiccioribus.

BIDENS (*tripartita*) corollis floſculoſis, calycibus ſubfolioſis, ſeminibus erectis, foliis trifidis. *Linn. Spec. pl.* 831. *n.* 1. *Suec.* 726.

Verbeſina ſ. Cannabina aquatica, flore minus pulchro elatior ac magis frequens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1073.

Ad paludes frequentiſſima planta eſt.

BIDENS (*cernua*) ſeminibus erectis; foliis lanceolatis amplexicaulibus, floribus cernuis. *Linn. Spec. pl.* 832. *n.* 2. *Suec.* 727.

Verbeſina pulchriore folio, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 1074.

Cum priori, ſed rarior.

EUPATORIUM (*cannabinum*) foliis digitatis. *Linn. Cliff.* 396. *mat. med.* 380. *Spec. pl.* 838. *n.* 10. *Suec.* 728.

Eupatorium cannabinum. *Bauh. pin.* 320.

In inſula Narovae fl. quae ſupra cataractas, frequens eſt, alias nullibi vidi.

Obſ. Stigmata ſaepiſſime tria. Corona ſeminum vix ac ne vix plumoſa dici meretur, ſed potius piloſa, cum ramificationes pilorum admodum rarae ſint, et non niſi ope lentis diſcernantur.

POLY-

POLYGAMIA SUPERFLUA.

TANACETUM (*vulgare*) foliis bipinnatis incisis serratis. *Linn. Spec. pl.* 844. *n.* 7. *Cliff.* 398. *mat. med.* 381. *Suec.* 730. *Gmel. sib.* 2. *p.* 133. *t.* 65. *f.* 1.

Tanacetum vulgare. *Bauh. hist.* 3. *p.* 131.

Дикая ребшика *Ruff.*

Planta spontanea, nec non in hortis culta.

In insula, cui a Petro nomen est, circa piscinam crescit.

ARTEMISIA (*campestris*) foliis multifidis linearibus, caulibus procumbentibus virgatis *Linn. Spec. pl.* 846. *n.* 4. *Suec.* 732.

Abrotanum campestre, cauliculis rubentibus. *Tourn. inst.* 459.

Habitat cum praecedente.

ARTEMISIA (*Absinthium*) foliis compositis multifidis, floribus subglobosis pendulis: receptaculo villoso. *Linn. Cliff.* 404. *mat. med.* 386. *Spec pl.* 848. *n.* 12. *Suec.* 735.

Absinthium vulgare maius. *Bauh. hist.* 3. *p.* 168.

Полынь *sive* Гаменникъ *Ruff.*

Circa pagum Duderhof et urbem Staraia Ladoga frequens.

ARTEMISIA (*vulgaris*) foliis pinnatifidis planis incisis: subtus tomentosis, racemis simplicibus, floribus ouatis: radio quinquefloro. *Linn. Spec. pl.* 848. *n.* 13. *Suec.* 731.

Artemisia vulgaris. *Bauh. hist.* 3. *p.* 184.
Чернобыльникъ *Ruff.*
In Strelna prope sepem, quae circa ecclesiam est, copiose crescit: ad ductum vero aquarum Ladogensem, et circa fl. Wolchov, vulgatissima planta.

Gnaphalivm (*dioicum*) caule simplicissimo, corymbo simplici terminali, sarmentis procumbentibus. *Linn. Spec. pl.* 850. *n.* 1. *Succ.* 736. *Cliff.* 400. *mat. med.* 388. *Gmel. sib.* 2. *p.* 105.
Gnaphalium montanum, flore rotundiore. *Bauh. pin* 263. (*mas*)
Gnaphalium montanum longiore et folio et flore. *Bauh. pin.* 263. (*femina*).
Pilosella maior et minor quibusdam, aliis Gnaphalii genus. *Bauh. hist.* 3. *p.* 162.
Кошичья лапка *sive* змеёвикъ *Ruff.*
Грыжная трава quibusdam veterinariis Sibiricis.
a. Idem corymbis longis petiolis insidentibus.
Vbique in pratis siccioribus. Varietatem inter caeteras congeneres inueni.
Caule est pro more folioso et incano, foliis quam radicalia angustioribus et fere linearibus vestito. Corymbi florum quatuor, singularibus pediculis, singulo e singula folii ala prodeuntibus onusti, quorum situ inferior duarum circiter unciarum est.
[*Variat quoque hic locorum corollis albis, purpureis et suaue rubentibus.*]

Gnapha-

GNAPHALIVM (*alpinum*) caule ſimpliciſſimo, capitulo terminali aphyllo, floribus oblongis. *Linn. Spec. pl.* 856. *n.* 29. *Lapp.* 301. *Suec.* 737.

Gnaphalium latiori folio, caule non ramoſo, ſpica nuda fuſca terminato. *Hall. helv.* 701.

Gnaphalio alpino affine Leontopodium paruum lobelii. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 161.

Duo exemplaria in itinere Nouogrodienſi lecta poſſideo, vtriuſque mutilum, quibus quoad faciem externam cum deſcriptione Ill. Halleri et icone Bauhini ſatis conuenit, cum autem flores nulli adſint, certo determinare non audeo.

GNAPHALIVM (*uliginoſum*) caule ramoſo diffuſo, floribus confertis terminalibus. *Linn. Lapp.* 300. *Cliff.* 402. *Spec. pl.* 856. *n.* 30. *Suec.* 740. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 105.

Gnaphalio vulgari ſimilis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 159. *Paſſim.*

GNAPHALIVM (*ſyluaticum*) caule ſimpliciſſimo, floribus ſparſis. *Linn. Spec. pl.* 855. *n.* 31. *Lapp.* 298. *Cliff.* 402. *Suec.* 739. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 106.

Gnaphalium rectum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 160.

Paſſim ad ductus aquarum.

Statura noſtra humilior eſt, vtpote quae dodrantem vix ſuperat. Caule etiam ramoſo rarius occurrit. Folia omnia ad baſin criſpa ſunt.

ERIGERON (*acre*) pedunculis alternis vnifloris. *Linn. Cliff.* 407. *Spec. pl.* 863. *n.* 6. *Suec.* 741.

Senecio ſiue Erigeron caeruleus, aliis Conyza caerulea. *Bauh hiſt.* 3. *p.* 1043.

Naſcitur plerumque in ruderatis.

Floret Iunio.

TVSSILAGO (*Farfara*) ſcapo imbricato vnifloro, foliis ſubcordatis angulatis denticulatis. *Linn. Spec. pl.* 865. *n.* 3. *Suec.* 743. *Cliff.* 411. *mat. med.* 391. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 140.

Tuſſilago vulgaris. *Bauh. pin.* 197.

Tuſſilago. *Fuchſ. hiſt.* 114.

Бѣлокопытникъ *Ruſſ. a foliorum figura.*

Двоелистникъ *a ſuperficie diuerſa.*

Мать да Мачиха *i. e. Mater et Nouerca, quoniam Ruſſi vnum latus frigidum, alterum calidum putant.*

In locis editioribus argilloſis et Strelnaia, *et in vtraque ripa Neuae fl. ſuperiorum eius regionum copioſiſſime, ſed et per totam Ingriam locis conuenientibus minime hoſpes.*

TVSSILAGO (*Petaſites*) thyrſo ouato, floſculis omnibus hermaphroditis. *Linn. Spec. pl.* 866. *n.* 7. *Suec* 746.

Petaſites maior et vulgaris. *Bauh. pin.* 198.

Ad Lugam fl. infra pagum Hoſwskaia.

SENECIO

SENECIO (*vulgaris*) corollis nudis, foliis pinnato-sinuatis amplexicaulibus, floribus nudis sparsis. *Linn. Spec. pl.* 867. *n.* 4. *Suec.* 747. *Hall. helv.* 753.

Senecio vulgaris s. Erigeron. *Bauh. hist.* 2. *p.* 1041. *Pasim.*

Squamae omnes, quae ad basin calycis, nigrae sunt.

SENECIO (*Iacobaea*) corollis radiantibus, foliis pinnato lyratis; laciniis lacinulatis, caule erecto. *Linn. Spec. pl.* 870. *n.* 19. *Cliff.* 406. *Suec.* 751.

Iacobaea vulgaris. *Bauh hist.* 2. *p.* 1057.

Ad ductum aquarum Ladogensem.

SENECIO (*paludosus*) corollis radiantibus, foliis ensiformibus acute serratis subtus subuillosis, caule stricto. *Linn. Spec. pl.* 870. *n.* 21. *Suec.* 752.

Solidago foliis longissime mucronatis serratis subtus incanis, floribus umbellatis. *Hall. helv.* 735. *Gmel. sib.* 2. *p.* 101.

Virgae aureae s. solidagini angustifoliae affinis, Lingua auis dalechampii. *Bauh. hist.* 2. *p.* 1063. *cum ic. mala.*

Vnicum exemplar ad ductum aquarum Ladogensem inveni.

SENECIO (*saracenicus*) corollis radiantibus, floribus corymbosis. foliis lanceolatis serratis glabriusculis. *Linn. Vpsal.* 266. *Spec. pl.* 871. *n.* 23.

Virga aurea anguſtifolia ſerrata ſ. Solidago ſaracenica. *Bauh hiſt.* 2. *p.* 1063.
Circa oſtium Narovae fl. in ſalicto.

SOLIDAGO (*Virgaurea*) caule ſubflexuoſo angulato, racemis paniculatis erectis confertis. *Linn. Spec. pl.* 880. *n.* 9. *Suec.* 754.
Virga aurea vulgaris latifolia. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1062.
Золотушникъ *ſive* Золотая розга *Ruſſ.*
Paſſim in ſyluis.

INVLA (*Helenium*) foliis ouatis rugoſis: ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ouatis. *Linn. amoen. acad.* 1. *p.* 410. *mat. med.* 392. *Spec. pl.* 881. *n.* 1. *Suec.* 755.
Helenium ſ. Enula campana. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 108.
Девятисилъ *Ruſſ.*
In hortis Nouogrodenſis tractus. [*Etiam in hortis Petropoli.*]

INVLA (*dyſenterica*) foliis oblongis, caule hirſuto paniculato, ſquamis calycinis ſetaceis. *Linn. amoen. acad.* 1. *p.* 410. *Spec. pl.* 882. *n.* 5. *Suec.* 757.
Conyza media matthioli, flore magno luteo, humidis locis proueniens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1050.
Habitat ad canales inſulae, cui a Baſilio nomen eſt. Inueni etiam ad aquae ductum, quo Neua fl. cum fl. Wolchow communicatur.
Floret ſub finem Iulii et Auguſto.

INVLA (*ſalicina*) foliis lanceolatis recuruis ſerrato-ciliatis, floribus ſolitariis, ramis angulatis. *Linn.*

Linn. amoen. acad. 1. *p.* 410. *Spec. pl.* 882. *n.* 7. *Suec.* 759.

Conyza media monſpelienſis, quibusdam aſteris attici genus, folio glabro rigido. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 1049.

In montoſis Dalerhuii.

Obſ. Occurrit floribus ternis, quo in caſu pedunculi laterales e ſuperiorum foliorum alis prodeunt et ipſum caulem longitudine ſuperant.

CHRYSANTHEMVM (*Leucanthemum*) foliis amplexicaulibus oblongis: ſuperne ſerratis, inferne dentatis. *Linn. Cliff.* 416. *mat. med.* 404. *Spec. pl.* 888. *n.* 3. *Suec.* 763.

Leucanthemum vulgare. *Tourn. inſt.* 492.

Иванов цвѣтъ *Ruſſ.*

Ad ductus aquarum et in pratis ſiccioribus paſſim.

PYRETHRVM foliis glabris, imis petiolatis palmatis, ad caulem ſemipinnatis. *Hall. helv.* 721. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 201.

Vnicum huius exemplar ad fl. Wolchow ſupra pagum Tſchortowo in prato lectum eſt, inque omnibus pene deſcriptioni Hallerianae reſpondens. Facies eſt Matricariae, ſed flos ſpecioſior. Radii enim lati candidi neruoſi, plerumque bidentati, medio dente vix, idque non in omnibus, conſpicuo. Diſcus luteus. Caulis ſimplex erectus crebris foliis breuibus tenuiter laciniatis veſtitus. E medio caule vnicus ramus trium circiter vnciarum prodit, foliis eodem modo ac caulis veſtitus, et vni-

co flore terminatus. Folia radicalia non aderant.

MATRICARIA (*Chamomilla*) receptaculis hemisphaericis, radiis patentibus, seminibus coronato-marginatis, squamis calycinis margine aequalibus. *Linn. Suec.* 765. *mat. med.* 402. *Spec. pl.* 891. *n.* 3. *Gmel. sib.* 2. *p.* 200.

Chamaemelum vulgare amarum. *Bauh. hist* 3. *p.* 116.

Ромашка *sive* Романова трава *Russ.*

Ad ductus aquarum in locis arenosis, et agris desertis, nec non inter segetes frequens est.

ANTHEMIS (*tinctoria*) foliis bipinnatis serratis subtus tomentosis, caule corymboso. *Linn. Spec. pl.* 896. *n.* 16. *Suec.* 769.

Buphthalmum caule ramoso, foliis pinnatifidis: laciniis lincaribus dentatis serratis, floribus pedunculatis. *Linn. Cliff.* 414.

Buphthalmum tanaceti minoris folio. *Bauh. pin.* 134.

Пупавка *Russ.*

In superiori regione Nouae fl. supra pagum Ostrowki, in agro deserto.

[*Flores praebent colorem luteum, quo Russorum feminae tingunt linteamina.*]

ACHILLEA (*Ptarmica*) foliis lanceolatis acuminatis argute serratis. *Linn. Spec. pl.* 898. *n.* 10. *Suec.* 771.

Ptarmica vulgaris folio longo serrato, flore albo. *Bauh. hist.* 3. *p.* 147.

Чехоп-

Чехонная трава *Ruſſ.*
In ſylvis nuſquam hoſpes eſt.

Achillea (*Millefolium*) foliis duplicato-bipinnatis nudis: laciniis linearibus dentatis. *Linn. Spec. pl.* 899. *n.* 14. *Suec* 770.
Millefolium vulgare album. *Baub. pin.* 140.
Гръчка дивая *Ruſſ.*
In locis ſiccioribus et ad vias paſſim occurrit.
Floret circa medium Iunii.
Caulis alba lanugine obſitus, ſulcatus. Folia intenſe viridia, lanuginis ſpecie vix tamen in ſenſus cadente, pubeſcentia. Pinnae foliorum coniugationes 10-17. *Semifloſculi in radio pleramque quatuor, ſaepe etiam quinque, ſed ſenarium eorum numerum numquam obſeruaui.*

POLYGAMIA FRVSTRANEA.

Centavrea (*phrygia*) calycibus recurvato-plumoſis, foliis indiuiſis. *Linn. Spec. pl.* 910. *n.* 7. *Suec.* 775.
Iacea latifolia, capite hirſuto. *Baub. pin.* 271.
In pratis circa Catharinenhof ſub finem Iunii floret.

Centavrea (*Cyanus*) calycibus ſerratis: foliis linearibus integerrimis: infimis dentatis. *Linn. Spec. pl.* 911 *n.* 12 *Cliff.* 413. *Suec.* 775. *mat. med.* 408. *Gmel. ſib.* 2. *p.* 93.
Cyanus ſegetum. *Baub. pin.* 273.
В снѣковой цвѣтъ *ſiue* Васильекъ *Ruſſ.*
Paſſim inter ſegetes.

Centav-

CENTAVREA (*Scabiosa*) calycibus margine ciliatis, foliis pinnatifidis: pinnis lanceolatis. *Linn. Spec. pl.* 913. *n.* 21. *Suec.* 773.

Cyanus foliis pinnatis, pinnis obtusis dentatis. *Hall. helv.* 690.

Scabiosa maior, squamatis capitulis. *Bauh. pin.* 269.

Iacea vulgaris maior laciniata, flore purpureo. *Tourn. inst.* 443.

In sylua ad fl. Strelnaia.

Sub medium Iulii floret.

Pinnae in nostra planta lineares integerrimae, et plerumque in spinulam inermem breuissimam terminatae, quae saepius obliteratur, quo in casu foliola obtusa sunt, et Hallerianae definitioni fauent.

CENTAVREA (*Iacea*) calycibus squamosis, foliis lanceolatis: radicalibus sinuato-dentatis, ramis angulatis. *Linn. Cliff.* 421. *Spec. pl.* 914. *n.* 26. *Suec.* 774.

Iacea nigra pratensis latifolia. *Bauh. pin.* 271.

Iacea vulgaris capitata et squamosa. *Bauh. hist.* 3. *p.* 27.

Лоскутной цвѣтъ *Russ.*

Passim.

MONOGAMIA.

VIOLA (*hirta*) acaulis, foliis cordatis piloso-hispidis. *Linn. Spec. pl.* 934. *n.* 6. *Suec.* 788.

Viola acaulis foliis ex cordato-oblonge ellypticis vix crenatis. *Gmel. sib. Cl. XVI. n.* 68. *Mss.*

In montosis Duderhouii.

Radix

Radix culmum fecalinum crassa est, oblique descendens, cortice nigricante vestita, supra fibris aliquot longiusculis donata, caeterum nuda.

Folia tria aut quinque in longis petiolis cordata, aut ex cordatis elliptica, acuminata, magis aut minus serrata et hirsuta.

Capsula seminalis globoso-trigona variegata.

VIOLA (*palustris*) acaulis, foliis reniformibus. *Hall. helv.* 501. *Suec.* 786. *Spec. pl.* 934. *n.* 7.

Viola palustris rotundifolia glabra. *Morif. hist.* 2. *p.* 475. *f.* 5. *t.* 35. *f.* 5.

In pratis Insulae, cui a Basilio nomen, copiose provenit, et sub initium Maii floret.

VIOLA (*odorata*) acaulis, foliis cordatis, stolonibus reptantibus. *Linn. Spec. pl.* 934. *n.* 8.

Viola martia purpurea *Bauh. hist.* 3. *p.* 542.

In montosis Luderbouii cum Viola hirta.

VIOLA (*canina*) caule demum adscendente, foliis oblongo-cordatis. *Linn. Spec. pl.* 935. *n.* 9. *Suec.* 785.

Viola caulibus adscendentibus floriferis, foliis cordatus. *Linn. Cliff.* 427. *Hall. helv.* 501.

Viola martia caerulea inodora sylvatica, in cacumine semen ferens. *Bauh. hist.* 3. *p.* 543.

Priori comes est, sed paulo serius floret.

Laciniae calycis multo acutiores praecedentis sunt. Calcar longius per mediam longitudinem in apice sulco exaratum. Color floris dilute violaceus. Ungues

Vngues petalorum candidi. Trium inferiorum, maxime tamen infimi, lineis intenſioris violacei coloris longitudinalibus et ramoſis picti ſunt. Barbulae duorum oppoſitorum petalorum albae. Stipulae ad exortum pedunculorum acutae et vtrinque acutis dentibus, copioſioribus tamen in margine exteriori donatae.

VIOLA (*tricolor*) caule triquetro diffuſo, foliis oblongis inciſis, ſtipulis dentatis. *Linn. Spec. pl. 935. n. 13. Suec 791.*

Viola bicolor aruenſis. *Bauh pin. 200.*

* α Viola tricolor. *Dod. pempt. 158.*

Веселье гласки *ſiue* Троичная пырата *Ruſſ.*

In agris incultis et in ſyluis circa Catharinenhof copioſe prouenit. [α. *in aruis circa Morina.*]

VIOLA (*mirabilis*) caule triquetro, foliis reniformi cordatis, floribus caulinis apetalis. *Linn. Spec. pl. 936. n. 15. Suec. 789.*

Viola montana latifolia, flores ex radice, ſemina in cacumine ferens. *Dill. giſſ. 36. eltb. 408. t. 303. f. 390.*

Circa oſtium Strelna in ſylua, vt et in montoſis Duderhofii.

IMPATIENS (*noli tangere*) pedunculis multifloris ſolitariis, foliis ouatis, geniculis caulinis tumentibus. *Linn. Spec pl. 938. n. 7. Suec. 792.*

Noli me tangere. *Bauh. hiſt. 2. p. 908.*

Vmbrioſis locis humidis et ſyluoſis.

Floret Iulio.

CLASSIS

CLASSIS XX.

GYNANDRIA.

DIANDRIA.

ORCHIS (*bifolia*) bulbis indiuiſis, nectarii labio lanceolato integerrimo, cornu longiſſimo, petalis patentibus. *Linn. act. Vpſ.* 1740. *p.* 5. *Succ.* 793. *mat. med.* 411. *Spec. pl.* 939. *n.* 3.

Orchis radicibus conicis, labello lingulato ſimpliciſſimo. *Hall. helv.* 266. *Gmel. ſib.* 1. *p* 16.

Orchis ampliſſima, foliis binis ſplendentibus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 772.

a. Eadem pumila, foliis binis cuatis, floribus paucioribus.

Orchis alba bifolia minor, calcare oblongo. *Bauh. pin.* 83.

In betuletis circa Neuam et Wolchow fl. Legi etiam in inſula pharmaceutica ad margines ripae fl. imminentis in pratis lactioribus, rarior tamen illi occurrit.

In omnibus noſtrae plantae petalis aliquid herbacei coloris admixtum eſt, labium vero et calcar plerumque virent.

Varietatem legi in inſula, cui nomen a Petro.

ORCHIS (*latifolia*) bulbis ſubpalmatis rectis, nectarii cornu conico: labio trilobo lateribus reflexo,

flexo, bracteis flore longioribus. *Linn. act. Vpſ.* 1740. *p.* 15. *Spec. pl.* 941. *n.* 11. *Suec.* 801.

Orchis radicibus palmatis, bracteis flore longioribus, nectarii labio trifido, cornu germinibus breuiore *Linn. Cliff.* 429.

Orchis radicibus palmatis, calcare craſſo ouario breuiore, labello lineis picto. *Hall. helv.* 272.

Orchis radicibus palmatis, calcare craſſo, germine breuiore, labello trifido lineis picto, bracteis flore longioribus.

Palmata non maculata. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 774.

α. Eadem foliis maculatis.

Кокушкины слезы *Ruſſ.*

β. Eadem bracteis florum longitudine.

γ - - - - - - - flore breuioribus.

In ſylvis vdis Strelna et Rumkina pagum Finnicum interiacentibus cum omnibus varietatibus vulgaris planta eſt. Creſcit et in inſulis Neuae fl. ſed rarior.

Orchis (*maculata*) bulbis palmatis patentibus, nectarii cornu germinibus breuiore, labio plano, petalis dorſalibus erectis. *Linn. Spec. pl.* 942. *n.* 12. *act. Vpſ.* 1740. *p.* 14. *Suec.* 729.

Palmata ſpecioſiore thyrſo, folio maculato. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 774.

In pratis lactioribus per totam Ingriam.

Orchis

Orchis (*Conopſea*) bulbis palmatis, nectarii cornu ſetaceo germinibus longiore: labio crenato. *Linn. Spec. pl.* 942. *n.* 13. *act. vpſ.* 1740. *p.* 13. *Suec.* 799.

Orchis radicibus palmatis, calcare ouario longiore, labello aequaliter trifido vnicolore. *Hall. helv.* 271.

Orchis rubella cum longis calcaribus rubellis. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 778. *cum icone non mala.*

Nuſquam boſpes eſt, frequentiſſima in betuletis circa Neuam et Woldowo fl.

Floret ſub finem Iunii.

Ophrys (*Nidus auis*) bulbis fibroſo-faſciculatis, caule vaginato, nectarii labio bifido. *Linn. Spec. pl.* 945. *n.* 1. *Suec.* 815.

Ophrys aphylla. *Hall. helv.* 278. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 25.

Neottia bulbis faſciculatis, nectarii labio bifido. *Linn. act. Vpſ.* 1740. *p.* 33.

Orchis abortiua fuſcia. *Bauh. pin.* 86.

Orobanche adfinis nidus auis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 782.

Пшничье гнѣздо *Ruſſ.*

In montoſis Duderhouii non infrequens.

Ophrys (*ouata*) bulbo fibroſo, caule biſolio, foliis ouatis, nectarii labio bifido. *Linn. Spec. pl.* 946. *n.* 5. *Suec.* 808.

Ophrys foliis ouatis. *Linn. Cliff.* 424. *act. vpſ.* 1740. *p.* 28. *Hall. helv.* 277. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 25.

Bifolium maius ſ. Ophrys maior quibusdam. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 533.
Cum antecedente.

Ophrys (*Monorchis*) bulbo globoſo, caule nudo, nectarii labio trifido. *Linn. Spec. pl.* 947. *n.* 11. *Suec.* 810.
Herminium bulbo ſupra radicato, nectarii labio trifido. *Linn. act. vpſ.* 1740. *p* 29.
Orchis radice ſubrotunda, labello haſtato. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 18. *t.* 4. *f.* 1.
Monorchis. *Rupp. ien.* 421. *t.* 2.
In montoſis Duderhouii.

Ophrys (*lilifolia*) bulbo ſubrotundo, ſcapo nudo, foliis lanceolatis, nectarii labio integro, petalis dorſalibus linearibus. *Linn. Spec. pl.* 945. *n.* 7. *Suec.* 811.
Monorchis ophioglosſoides vnifolia. *Buxb. cent.* 3. *p.* 15. *t.* 26.
Cum antecedente.

Serapias (*Helleborine*) bulbis fibroſis, nectarii labio obtuſo crenato petalis breuiore. *Linn. act. vpſ.* 949. *n* 1. *Suec.* 819.
Serapias caule multifolio multifloro. *Linn. h Cliff.* 429. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 8.
Helleborine lat folia montana *Baub pin* 186.
In montoſis Duderhouii occurrit floribus purpureis et ex viridi et purpureo variis conf. *Gmel. l. c.*

Cypripedium (*Calceolus*) radicibus fibroſis, foliis ouato-lanceolatis caulinis. *Linn. act vpſ.* 1740.

1740. *p.* 24. *Suec.* 820. *Spec. pl.* 951. *n.* 1.

Calceolus foliis ouato-lanceolatis. *Gmel. fib.* 1. *p.* 2. *t* 1.

Calceolus marianus. *Tourn. inſt.* 437.

Кокушкины сапожки *Ruſſ.*

In montoſis Duderhofii frequens.

POLANDRIA.

CALLA (*paluſtris*) foliis cordatis, ſpatha plana, ſpadice vndique hermaphrodito. *Linn. Cliff.* 436. *Spec pl.* 968. *n.* 2. *Suec.* 822. *Gmel. fib.* 1. *p.* 1.

Arum paluſtre, radice arundinacea. *Boerh. Lugdb.* 2. *p.* 74.

Зеѣ права *item* напупшникъ бѣлой *Ruſſ.*

Habitat vbique in paluſtribus [*praeſertim Petropoli prope Monaſterium Alexandro Newski dicatum. Finni Ingriae vicini panem e radice parant tempore annonae caritatis*]

CLASSIS XXI.

MONOECIA.

MONANDRIA.

CALLITRICHE (*verna*) foliis ſuperioribus ouatis, floribus androgynis. *Linn Suec* 3.

Stellaria foliis ad caulem anguſtis, in ſummitate ſubrotundis. *Hall. helv.* 198.
Stellaria aquatica. *Bauh. pin.* 141.
Alſine aquis innatans foliis longiuſculis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 786. *cum icone bona.*
Nihil frequentius in paluſtribus et aquis ſtagnantibus.

Callitriche (*autumnalis*) foliis omnibus linearibus apice biſidis, floribus hermaphroditis. *Linn. Suec.* 4.
Stellaria foliis omnibus anguſtis apice reſecto. *Hall. helv.* 198.
Lenticula paluſtris anguſtifolia, folio in apice biſecto. *Loeſ. pruſſ.* 140. *t.* 38.
In fundo Neuae fl. paſſim.

DIANDRIA.

Lemna (*triſulca*) foliis petiolatis lanceolatis. *Linn. Spec. pl.* 970. *n.* 1. *Suec.* 828.
Lenticula aquatica triſulca. *Bauh. pin.* 362. *hiſt.* 3. *p.* 286.
Paſſim in paludibus et aquis ſtagnantibus.

Lemna (*minor*) foliis ſeſſilibus vtrinque planiuſculis, radicibus ſolitariis. *Linn. Cliff.* 417. *Suec.* 828. *Spec. pl.* 970. *n.* 2.
Lens paluſtris. *Rai. ſyn.* 3. *p.* 129. *t.* 4. *f.* 1.
Nusquam non obuia eſt in aquis ſtagnantibus.

TRIAN-

TRIANDRIA.

* Typha (*latifolia*) foliis ſubenſiformibus, ſpica maſcula femineaque approximatis. *Linn. Spec. pl.* 971. *n.* 1. *Suec.* 830.

Typha paluſtris maior. *Bauh. pin.* 20. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 246. *ſ.* 8. *t.* 13. *f.* 1.

In paludibus circa praedia ad viam regiam circa Strelnam.

Typha (*angustifolia*) foliis ſemicylindricis, ſpica maſcula femineaque remotis. *Linn. Spec. pl.* 971. *n.* 2. *Suec.* 830.

Typha. *Linn. Cliff.* 439. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 133.

Typha minima duplici claua. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 246. *ſ.* 8. *t.* 13. *f.* 3.

Circa inſulas ſinus Cronſtadienſis cum Scirpo frequentiſſima occurrit.

Sparganium (*erectum*) foliis erectis triquetris. *Linn. Spec. pl.* 971. *n.* 1. *Suec.* 831. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 133.

Sparganium ramoſum. *Bauh. pin.* 15. *theatr.* 228.

Platanaria ſiue Butomon. *Dod. pempt.* 601.

Habitat in lacubus et paludibus muſculoſis frequens.

Carex (*arenaria*) ſpica compoſita, ſpiculis androgynis: inferioribus remotioribus, foliolo longiori inſtructis, culmo triquetro. *Linn. Spec. pl.* 973. *n.* 4. *Suec.* 835.

Gramen cyperoides ſpica ſimplici compreſſa diſticha. *Scheuch. gram.* 498.

Ad ripam Neuae fl. circa Catharinenhof.

*CAREX (*vulpina*) ſpica ſupradecompoſita inferne laxiore: ſpiculis androgynis ouatis ſeſſilibus glomeratis: ſuperne maſculis. *Linn. Cliff.* 438. *Spec. pl.* 973. *n.* 7. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 146. *t.* 32.

Gramen cyperoides paluſtre maius, ſpica compacta. *Bauh. pin.* 6. *theatr.* 87. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 244. *ſ.* 8 *t.* 12. *f.* 24.

In paluſtribus circa Catharinenhof.

CAREX (*maricata*) ſpiculis ſubouatis ſeſſilibus remotis androgynis, capſulis acutis diuergentibus ſpinoſis. *Linn. Spec. pl.* 974. *n.* 8. *Succ.* 839. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 148.

Gramen cyperoides ſpicatum minimum, ſpica diuulſa aculeata. *Rai. hiſt.* 1298. *Scheuch gram.* 485. *cum fig. optima.*

In ſyluis humidis non infrequens eſt.

CAREX (*flaua*) ſpicis confertis ſubſeſſilibus; maſcula lineari, femineis ſubrotundis, capſulis acutis recuruis. *Linn. Spec. pl.* 975. *n.* 12. *Suec.* 843.

Carex capſulis ſubrotundae ſpicae vndique rigentibus. *Hall. helv.* 236.

Cyperoides paluſtre aculeatum, capitulo breuiore. *Tourn. inſt.* 529. *Scheuch. gram.* 426.

α Idem ſpica maſcula gemina.

β. Idem ſpica maſcula in ſummo feminifera.

In

In paludibus quae aeſtate exſiccantur, nihil hac planta frequentius eſt.

In varietate α ſpica altera maſculina multo minor eſt, et baſi maioris adhaeret, vbi vna capſula ſeminifera conſpicitur. Varietas β ſex germina in ſummo geſtat.

CAREX (*ceſpitoſa*) ſpicis erectis cylindricis ternis ſubſeſſilibus: maſcula terminali, culmo triquetro *Linn. Spec. pl.* 978. *n.* 27. *Suec.* 855. *Gmel. ſib.* 1 *p.* 137.

Cyperoides maius, ſpicis breuibus rotundis ſpadiceo-viridibus. *Buxb. cent.* 4. *p.* 33. *t.* 59.

In pratis Ingriae vlginoſis. Iulio floret.

CAREX (*acuta*) ſpicis maſculis pluribus, femineis ſubſeſſilibus, capſulis obtuſiuſculis. *Linn. Spec. pl.* 978. *n.* 28. *Suec.* 857.

Carex ſpicis per culmum ſparſis, maſculis pluribus ſpadiceis, femineis ſubſeſſilibus variis. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 142.

Cyperoides ſpicis maribus obeſis, femininis imis longe petiolatis, gracilibus. *Hall. helv.* 240.

Cyperoides nigro-luteum vernum minus. *Tourn. inſt.* 529. *Scheuch gram.* 460.

Nihil vulgatius hac planta, tum alibi, tum praecipue in inſula a Baſilio nomen habente.

Obſ. In ſpeciminibus humilioribus ſemper vnicam obſeruaui ſpicam, hinc nomen Cl. Halleri noſtrae magis conuenit. Spicam petiolatam vnicam tantum eamque infimam vidi.

Floret circa medium Maii.

CAREX (*vesicaria*) spicis masculis pluribus, femineis pedunculatis, capsulis inflatis acuminatis. *Linn. Spec. pl. 979. n. 29. Suec. 856. Gmel. sib. 1. p. 143.*

Cyperoides spicis maribus gracillimis, femininis erectis, capsulis ventricosis, collo longo et bifido. *Hall helv. 241.*

Gramen cyperoides angustifolium, spicis longis erectis. *Bauh. hist. 2. p. 495.*

Cyperoides vesicarium spicis teretibus erectis maius. *Scheuch. gram. 476.*

Circa paludes in insula, cui a Basilio nomen est.

Obs. Spicae masculinae spadiceae duae; inferior superiorem contingens, eaque brevior est. Femineae duae, superior inferiori dimidio minor, et brevi pediculo nititur. Glumae femminarum spadiceae costa media viridi, masculorum spadiceae pariter cum costa albente.

Folium inferioris femineae spicae subiectum ultra apicem masculinae caulem terminantis excurrit.

Planta Ingrica multo minor quam Sibirica, vix semipedalis. Gmel.

TETRANDRIA.

BETULA (*alba*) foliis ouatis acuminatis serratis. *Linn. Spec. pl. 982. n. 1. Cliff. 442. Suec. 859. amoen. acad. 1. p. 2. Hall. helv. 158. Gmel. sib. 2. p. 166.*

Betula. *Cam. epit. 69. Bauh. pin. 427.*

Берез-

Берева *Ruſſ.*
Nullibi non creſcit. Floret ſub medium Maii vix explicatis foliis.

Betvla (*nana*) foliis orbiculatis crenatis. *Linn. Lapp.* 266. *t.* 6. *f.* 4. *Cliff.* 442. *amoen. acad.* 1. *p.* 4. *t.* 1. *Spec. pl.* 983. *n.* 4. *Suec.* 860. *Halt. helv.* 155. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 170.
Betula pumila, foliis ſubrotundis. *Amm. ruth.* 180. *act. petrop.* 9. *p.* 314. *t.* 14.
Березовой ерникъ *in Sibiria vocatur.*
Ad ductum aquarum Ladogenſem non infrequens eſt. [*Alnaſa etiam in ſylua circa Morinam*]

Betvla (*Alnus*) pedunculis ramoſis. *Linn. Spec. pl.* 983. *n.* 5. *Suec.* 861.
Alnus. *Linn. Lapp.* 340. *Cliff.* 441. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 171.
Alnus rotundifolia glutinoſa viridis. *Bauh. pin.* 428.
Ольха *Ruſſ.*
Vbiais.

Vrtica (*urens*) foliis oppoſitis ovalibus. *Linn. Spec. pl.* 984. *n.* 3. *Suec.* 862.
Vrtica minor annua. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 446.

Vrtica (*dioica*) foliis oppoſitis cordatis, racemis geminis. *Linn. Spec. pl.* 984. *n.* 4. *Suec.* 863.
Vrtica vulgaris maior. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 445.
Крапива *Ruſſis.*

Vtraque ſpecies in ruderatis et circa ſepes hortorum oleraceorum, imo et in ipſis hortis odioſa planta eſt.

POLYANDRIA.

MYRIOPHYLLVM (*ſpicatum*) floribus maſculis interrupte ſpicatis. *Linn. Cliff.* 446. *Spec. pl.* 992. *n.* 1. *Suec.* 867.

Millefolium aquaticum pennatum ſpicatum. *Bauh. pin.* 141.

In lacubus et aquis ſtagnantibus frequens eſt.

MYRIOPHYLLVM (*verticillatum*) floribus verticillaris. *Linn. Cliff.* 446. *Spec. pl.* 992. *n.* 2. *Suec.* 868.

Millefolium aquaticum minus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 783.

In fl. Neua locis vadoſis non raro occurrit.

SAGITTARIA (*ſagittifolia*) foliis ſagittatis acutis. *Linn. Spec. pl.* 993. *n.* 1 *Suec.* 869.

Sagitta maior. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 790.

Стрела *ſiue* желтая ваxма *Ruſſ.*

In aquis ſtagnantibus fluuiorum non infrequens eſt, et ſub initium Auguſti floret.

QVERCVS (*Robur*) foliis deciduis oblongis ſuperne latioribus: ſinubus acutioribus, angulis obtuſis. *Linn. Spec. pl.* 996. *n.* 12. *Cliff.* 448. *Suec.* 870. *Hall. helv.* 159. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 150.

Quer-

Quercus cum longo pediculo. *Baub. pin.* 420.
Дубъ *Ruſſ.*
Circa Duderhof et variis in locis non procul Petropoli creſcit. Cronſtadii duae tantum arbores annoſae et procerae reperiuntur, ſub quibus Glorioſiſſimae memoriae PETRVS MAGNVS *reſidere ſolebat, cum urbis illius fundamenta iacerentur, et in cuna arborum ciſtam ad reponenda, quae ad uſtum ſpectant, fieri curauit.*

CORYLVS (*Auellana* ſtipulis ouatis obtuſis. *Linn. Cliff.* 448. *mat. med.* 431. *Vpſ.* 286. *Spec. pl.* 998. *n.* 1. *Suec.* 873. *Hall. helv.* 159. *Gmel. ſib* 1. *p.* 150.
Corylus ſylueſtris. *Baub. pin.* 418.
Ruſſ. Орѣшникъ.
In montoſis Duderhofii, et ad Lugam fluuium.

MONADELPHIA.

PINVS (*ſylueſtris*) foliis geminis: primordialibus ſolitariis glabris. *Linn. Cliff.* 450. *mat. med.* 434. *Spec. pl.* 1000. *n.* 1. *Suec.* 874. *Gmel ſib.* 1. *p* 178.
Pinus ſylueſtris. *Baub. pin.* 491.
Сосна *Ruſſ.*
Nusquam non obuia eſt, praeſertim autem montoſa tractus Coporienſis notari merentur, qui admodum proceris huius generis arboribus ſuperbiunt.

PINVS (*Abies*) foliis ſubulatis mucronatis hemiſphaericis bifariam verſis. *Linn. Spec. pl.* 1002. *n.* 10. *Suec.* 875.

Abies

Abies foliis ſolitariis apice acuminatis. *Linn. Cliff.* 149. *Lapp.* 347. *mat. med.* 4,6. *Hall. helv.* 147. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 175.

Abies tenuiori folio, fructu deorſum inflexo. *Tourn. inſt.* 585.

Ель *Ruſſ.*

Vbiuis circa Petropolin.

CLASSIS XXII.

DIOECIA.

DIANDRIA.

SALIX (*triandria*) foliis ſerratis glabris, floribus triandris. *Linn. Spec. pl.* 1016. *n.* 2.

Salix foliis elliptico-lanceolatis vtrinque glabris ſerratis appendiculatis. *Hall. helv.* 152. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 155. *t.* 34. *f.* 3.

Habitat paſſim in Ingria.

Rami ex fuſco rubentes aut luteſcentes. Folia ouato-acuminata, leuiter ſerrata, vtrinque glabra, ſupra viridia, infra glauca, venoſa, nervo medio ſaepe alterum latus verſus magis inclinato. Auriculae paruae, obtuſae, crenatae. Capſulae vnciales, denſe congeſtae.

SALIX (*pentandra*) foliis ſerratis glabris, floſculis pentandris. *Linn. Cliff.* 454. *Suec.* 879. *Spec. pl.*

pl. 1016. *n.* 3. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 153. *t.* 34. *f.* 1.

Salix pentandra. *Linn. Lapp.* 370. *t.* 8. *f.* Z.

Salix folio laurco ſiue lato glabro odorato. *Rai. hiſt.* 1420.

Ветлл *Ruſſ.*

In inſula a Petro cognominata copioſa arbuſcula eſt, ſed nec aliùi hoſpes.

Salix (*arenaria*) foliis integris ouatis acutis: ſupra ſubuilloſis, ſubtus tomentoſis. *Linn. Spec. pl.* 1019. *n.* 21. *Suec.* 894.

Salix foliis integris, vtrinque hirſutis lanceolatis. *Linn. Lapp.* 366. *Hall. helv.* 155. *t.* 5. *f.* 2.

Тальникъ *Ruſſis.*

Creſcit ad ductum aquarum, cui nomen a Ladoga, locis humidis.

Salix (*incubacea*) foliis integerrimis lanceolatis: ſubtus villoſis mitidis, ſtipulis ouatis acutis. *Linn. Spec. pl.* 1020. *n.* 22. *Suec.* 895.

Salix pumila, foliis ellipticis integerrimis ſubtus glaucis, ſpica rotundiore. *Hall. helv.* 153.

Habitat in pratis paſſim.

Salix (*caprea*) foliis ouatis rugoſis: ſubtus tomentoſis, vndatis, ſuperne denticulatis. *Linn. Spec. pl.* 1020. *n.* 26. *Suec.* 900. *Gmel. ſib.* 1. *p.* 157.

Salix folio rugoſo, obiter ſerrato, ſubtus lanuginoſo, iulo craſſiſſimo. *Hall. helv.* 155.

In

In ſylvis humidis frequens eſt.

Folia in noſtra, alia magis, alia minus, conſtanter tamen ſerrata ſunt. Petioli aut nulli aut tam breues, vt auriculae ipſa folia contingant, quae et ipſae margine exteriore plerumque leuiter ſerratae ſunt.

SALIX foliis lanceolato-linearibus, ſubtus villoſis ſplendentibus *Kraſch.*

Salix pumila anguſtifolia prona parte cinerea. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 213.

Creſcit in paludoſis, et Poliifoliae Buxb. atque Ericae in regione ſuperiori Neuae fl. inſeparabilis comes eſt.

Caules proſtrati pedales et altiores, cortice ex luteo nigricante ſcabro tecti. Rami tenelli et petioli florales luteſcentes.

Folia lanceolato-linearia, acuta, integra, margine plerumque reflexa, infra alba, ſericea pube ſplendentia a $\frac{1}{2}$ *ad* $1\frac{1}{2}$ *poll. longa et* 3 *lin. lata, leuiter hirſuta, hirſutie tamen vix conſpicua, quae et cum galtis ſaepiſſime occurrunt.*

Flores non vidi.

Folia inſtar Myricae gratiſſimum odorem ſpirant.

SALIX (*viminalis*) foliis ſubintegerrimis lanceolato-linearibus longiſſimis acutis, ſubtus ſericeis, ramis virgatis. *Linn. Spec. pl.* 1021. *n* 27 *Succ.* 901.

Salix ſatiua lutea, folio crenato. *Bauh. pin.* 43.

Salix: alterum genus. *Fuchſ. hiſt.* 331.

Iba

Ina *Ruſſis.*
Ad pagos paſſim.

TRIANDRIA.

Empetrvm (*nigrum*) procumbens. *Linn. Cliff.* 470. *Spec. pl.* 1022. *n.* 2. *Suec.* 904. *Hall. helv.* 162.
Erica baccifera. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 526.
Circa urbem Schluſſelburg tam in pratis quam etiam in ſyluis inter Ericam frequens eſt; ad ductum etiam aquarum Ladogenſem minime koſpes.

TETRANDRIA.

Myrica (*Gale*) foliis lanceolatis ſubſerratis, caule ſuffruticoſo. *Linn. Spec. pl.* 1024 *n.* 1. *Suec.* 907.
Gale frutex odoratus ſeptentrionalium. *Baub. hiſt.* 1. *p.* 255.
In inſulis Neuae fl. frequens eſt, praeſertim in ea, quae nomen a rotunditate habet.

Hvmvlvs (*Lupulus*) *Linn Cliff.* 458. *mat. med.* 458. *Spec pl.* 1028. *Suec.* 908.
Lupulus femina et mas. *Baub. pin.* 298.
Circa Catharinenhof in ripa ſyluestri Neuae fl. et in tota Ingria paſſim.

OCTANDRIA.

Popvlvs (*tremula*) foliis ſubrotundis dentato-angulatis vtrinque glabris. *Linn. Cliff. Spec. pl.*

pl. 1034. *n.* 2. *Suec.* 909. *Hall. helv.* 156. *Gmel. fib.* 1. *p.* 151.

Populus tremula. *Bauh. pin.* 429.

Ruſſ. Осина.

Vbiuis frequens eſt.

ENNEANDRIA.

MERCVRIALIS (*perennis*) caule ſimpliciſſimo, foliis ſcabris. *Linn. Cliff.* 461. *Suec.* 913. *Spec. pl.* 1035. *n.* 1. *Hall. helv.* 194.

Cynocrambe mas ſiue Mercurialis repens. *Bauh. hiſt.* 2. 979.

Ruſſ. Пролеска

In ſyluis ſubhumidis prope fl. Siſtam, *neque tamen et alibi locis conuenientibus hoſpes eſt.*

HYDROCHARIS (*Morſus ranae*) *Linn. Cliff.* 460. *Spec. pl.* 1036. *Suec.* 914. *Hall. helv.* 301.

Nymphaea minor ſ. Morſus ranae. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 773.

Ruſſ. Лягушникъ

In paluſtribus nusquam non obuia eſt.

MONADELPHIA.

IVNIPERVS (*communis*) foliis ternis patentibus mucronatis. *Linn. Spec. pl.* 1040. *n.* 8. *Suec.* 915. bacca longioribus. *Syſt.* 1297.

Ruſſ. Можжевельникъ.

In

In insulis non vidi, excepta a Petro cognominata, ubi unum tantum exemplum inveni. Caeterum vulgaris planta est.

Baccae Мажжухи *dictae Russis inserviunt pro suffitu et cum spiritu vini infundantur.*

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA.

MONOECIA.

ATRIPLEX (*patula*) caule herbaceo patulo, foliis subdeltoideo-lanceolatis, calycibus seminum disco dentatis. *Linn. Spec. pl.* 1053. *n.* 7. *Suec.* 922.

Atriplex sylvestris angusto oblongo folio *Bauh. pin.* 219 *Morif. hist.* 2. *p.* 601. *s* 5. *t.* 30. *f.* 15. *non mala, sed absque foliis inferioribus.*

Лебъда *Russ.*

Ad ostium fl Sistae, prope pagum cognominem.

ACER (*Platanoides*) foliis quinquelobis acuminatis acute dentatis glabris, floribus corymbosis. *Linn. Spec. pl.* 1055. *n.* 5. *Suec.* 924.

Acer platanoides. *Mant. phyt* 57. *t.* 57.

Acer latissimo folio atrouirente. *Siegesb. petrop.* 3.

Клень *Russ.*

Elegans arbor hic locorum indigena, et ad hortorum ſepes et ambulacra in maximo uſu.

DIOECIA.

FRAXINUS (*excelſior*) foliolis ſerratis, floribus apetalis. *Linn. Spec. pl.* 1057. *Suec.* 926.

Fraxinus vulgatior. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 174.

Ясень *Ruſſ.*

